undique scisso vinum, atque undique per-
fluente. Et ne accidat quod est a [illegible] con-
gregatione discedite, nichil magis nostrum
indicante, quam ea que audiendo didicistis con-
servare meditando. Nimia enim omnino inde
et post extrema est, quoniam et sex quidem
dies in rebus carnalibus consumentes, unam
in spiritualibus diem, vel potius exiguam diei partem
nolentes impendere. ¶ Sed dicunt hec carnales:
ista vacare lectionibus, collationibus, me-
ditationibus monachorum est. Non sum ego mo-
nachus, uxorem habeo et filios et curam domus.
Ad hec [illegible] idem omelia 2 [illegible]. Hoc est quod
omnia quasi una quadam peste corrumpit, quia
lectionem scripturarum dicimus ad solos per-
tinere monachos putamus, cum multo magis
vobis quam illis sit necessaria. Etenim qui in parte
in medio iniuriorum, et vulnus super vulnus
accipiunt, opus dei potius indigent me-
dicamine. Itaque multo est gravius aliquid de-
terius superfluum esse dei legem putare
quam eam omnino nescire. Hec vana sunt que de dyabo-
lo persuasu meditatione proveniunt. Unde paulus

dicat ad correpcionem nostram omnia scripta
esse ut tanto magis fore nostra quanto magis
indiget correpcione. Deinde ad nostrum
intellectum divinorum consequendum confert digna
operacio eorum que iam intellecta sunt. Unde Gregorius
omelia 23 ait. Quisquis vult audita intelli-
gere, festinet ea que iam intelligere potuit opere
adimplere. Unde illi duo discipuli in emaus
ambulantes in exposicione scripture audien-
do colloquia Christi illuminati non sunt, sed cum
ab eis ad mensam tractus pascitur in pa-
nis fraccione eum cognoverunt. Unde et
per dominum in parabola evangelii qui in paucis fi-
delis inventus est super multa constituitur, ita
et qui in modico quod cognovit fideliter
operatus est, multorum et profundiorum cognoscere meretur.
Et e contrario ei qui ad usuram bonorum operum
accepte sue talentum non exposuit, ipsa
eciam que accepit penitus amisit.
Unde dicitur. Eum vero fideli dominus prepositum super familiam
suam instituit et prebet etc. Quod
tibi. Ecce plures ordo ad divinorum
cognicionem ascendendi, per hanc scalam
septem graduum, ut prius in precedentibus demon-
stratur. Deinde ordo eorum apparet. Unde
hic autem ubi audicione verbi et leccione que
in manibus scriptis frangitur, collacione mas-
ticatur, ut vere intelligencie sapor condolcat,
meditacione memorie commendetur, et tandem
operis execucione que in precedentibus autem consuetus
multiplicatur. Unde si diligenter fecerimus
non solum habebit nobis multiplex dei
bonitas, quod ad dei amorem inflamamur.
Unde eciam sic procedendo congruenter divinorum
deum toto corde, tota anima, tota mente, et tota
fortitudine diligimus, per omnia nostra volun-
tatem sensualitatem ac vires experimen-
tales intellectum et memoriam, affectuose
audiendo, legendo, conferendo, meditan-
do, ac intellecta opere perficiendo, in deum
a quo accepimus referimus. Unde hoc est toto
deum diligere, omnes anime et corporis vires
et potencias in hiis que dei sunt occupare.
Et non in virium nostrarum facultate que di-
vinas leges assumere, donec statum in
assequamur ubi non solum non contra, sed non aliquid
preter dei voluntatem agere complacebit, quo nos
perducat qui pro nobis dilexit, et animam suam pro nobis
posuit, dominus noster Ihesus Christus in secula cum
patre et spiritu sancto benedictus. Amen.

Dominica decimanona

Offerebat ei publicanus cenam in
domo sua. Mathei 9. Cum ad nostram
proximo impendendam et firma caritas
et preceptum nos obliget divinum, necesse
est ut affectum dicit vos sed veritate et effectu. Unde
et Iohannes ait prima Iohannis 3. Et hoc fratrem suum vi-
derit hunc et viderit fratrem suum necesse habere
et clauserit viscera sua ab eo, quomodo
caritas dei manet in eo? Et: Filioli mei
non diligamus verbo et lingwa sed opere et
veritate. Preceptum denique habetur Ecclesiastici 11:
Mandavit illi unicuique de proximo suo.
Cum ergo ita hoc se habeat, quanto est
ut quanto proximus miserabilior, tanto
fuerit ei magis est meritorium subveni-
ens inopiam. Unde sumus ad sumus ita ma-
gis ad magis. Medicus enim pro ultimo
est medicina eius beneficio qui miseri non sunt
a quibus retribucio expectatur. Unde dominus ait
Luce 14. Cum facis prandium aut cenam
noli vocare amicos tuos neque fratres
tuos, neque cognatos, neque vicinos
divites, ne forte et ipsi te reinvitent et
fiat tibi retribucio. Sed cum facis convivium
voca pauperes debiles claudos cecos
et beatus eris, quia non habent retribuere tibi.
Retribuetur enim tibi in resurreccione iustorum.
Verum est quod a benefaciendo proximo si pos-
sit excusare per impotenciam, quamvis id prestare
non possit, saltem veste, potacione
aut consolacione non miser evenerit a misericordia
quod et si deficit tribuendi facultas
non deficit si vult bona voluntas, verum
contemplatorum, obsequium aliquid corporale in-
pensum, vel saltem intercessio sua apud ali-
quem innatam potentem. De quo loquitur beatus
Gregorius omelia 9. Post hec plures modos
enumerat quibus varii variis modis
pauperibus poterunt subvenire addit.
Alius vero hora assecutus est, sed tamen fortassis
familiaritatis locum apud divitem me-
ruit, talentum proficere familiaritatis
accepit. Si ergo non ei pro indigentibus loqui-
tur talenti retencione dampnatur. Et sequitur.
Unde loquendi locum apud divitem dampnaretur per retento talento timeat, si non
valet non apud eum pro pauperibus inter-

Luce 24

ca° 24

Tercio opere impletur quod sancti in bono intelligit

dat. Lutum immutabile est nobis hic propositum, de quo evangelium, quod dum miserabilem propter paraliticum membrorum suorum impotentiam, lecto suo immobiliter incubantem, et sue infirmitatis ullam curam adhibere poterat, quia ipse curare ac a miseria sua relevare non poterat, medico peritissimo qui salvaret cum fratribus, qui magna fide attulerunt super humeris suis in pede offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Ut patet Marci 2o. Peccato cuius secundum litteram tractabitur per allegoriam super divisionem infra dicendam. Evangelium: iste decubuit in manipulo tristitie iacuit et venit in civitatem suam etc. ¶ Plurimas nobis lectio evangelii presentis que docet et morum affert doctrinas. Sed hiis pro nunc omissis, pro nunc de ignorantia continuatione ad allegoriam nunc quidem. Apte etenim nobis paraliticum in lecto iacentem hominem in conscientia sue errore deficiente sit designatur. Talis enim paraliticus est, et in lecto iacet, quia oculis ac vultibus dissolutus vel omne bonum facere non possit, sive cum super erronee sue dictamine conscientie agat sive contra se peccat. In lecto iacet qui in conscientie sue errore scienter sit continuatione quiescit. Et utinam sic in nimium quiescit se errare. Secundo conscientia lectus est ille, in quo duo iacent, scilicet duplices quibus est complacentiis suum putatis, qui vere in die ... assumetur, qui fuit in re hesit conscientie, et verus qui fuerit erronea declinatur ... Secundo. Gravis est huius paralitici infirmitas usque ad mortem a qua omnino surgere non vult ad aliorum opem medico perite. Claudo ad quod se surgere poterit vel ut verius loquar conari ad surgendum quam se credidisse iacere minime arbitraretur. Nescit se iacere, quia ignorat se errare. Periculosissima est hec ignorantia species, quia non solum scit se ignorare nescit, sed etiam nescit se prava iudicat. De hac aliis nunc locuturus premissis, et unum solvendo premissum tria inquirenda video. Primo quid sit conscientia et quam vera, quae erronea. Secundo quomodo detestabilis et periculosa sit erronea conscientia. Tertio quomodo sit remedianda.

¶ Quantum ad primum. Licet nunc de actibus anime interioribus loquimur, frequenter ab aliquibus synderesis atque conscientia nominatur, quamquam ipsum ad sui quidditatem non sit ab omnibus cognoscitur, potest tamen aliquid in ea considerare nequit ut aliqui denotare. Sed verum sed lucidum, ut unquam obumbrari potest ut in ... quod dicimus synderesis vel mentis apicem, superiorem vero scintillam vel naturale instinctum ad bonum, de quo sed. Superior est scintilla vero que etiam in Cayn non potuit extingui. Bonum semper velit, et malum odit. Ad investigandum ergo quid sit et synderesis et conscientia, supposita doctrina philosophi primo posteriorum et 2e metaphysice et alibi in multis locis intellectus variorum conclusionem terminatur ad que principia sive propositiones per se notas, que tante sunt evidentie ut intellectus apprehensis terminis dissentire non potest, quas etiam metaphysice vocat communes scientie, id est in quibus quis debet ... qui de principiis primis quas dissentiret. Ethica in speculativis quam practicis, ut sunt quelibet est vel non est. De toto maius est sua parte. Omne bonum est eligibile. Omne iustum est faciendum. Omne honestum diligendum. Malum iniustum inhonestum est fugiendum. Sed cum ad principia que sunt evidentia et nota ... intellectus errare non potest quia ut dissentire potest, ut assentiendo firmo adhereat. Omnis ergo intellectus in quantum assentit naturaliter huiusmodi principiis practicis vel ... aliis in natura ... assensum, quod ad sic assentiendum vel iudicandum inclinatur, dicitur synderesis. Assensus ad ea sive iudicium, quod indicatur est, dicitur actus eius. Dicitur enim synderesis a syn quod est con, et heresis electio, quia electio ad opus inclinat. In eo vero ad opus inclinat, quia ad bonum stimulat, et a malo remurmurat, et hoc modo quia numquam errare potest. Et quia non est necessitas potentie in voluntate, sed eius libertate ad utrumlibet oppositorum, in ipso intellectu nomine est potentia synderesis. In hoc dicitur instinctus stimulans ad bonum et remurmurans malo, quia omne dictando bonum esse faciendum, malum vero fugiendum. Thomas super scripto libri 2 distinctione 39. Et concordat Bonaventura. Thomas 1a 2e q 19 ar 12. Allegat Augustinus de libero arbitrio ... In naturali iudicatorio assistunt quedam regule incommutabiles et se...

¶ Quid sit synderesis

mina veritatis vera, et immutabilia, hec
autem divinis synderesis [...] Theologi huius
immutabilibus rationibus sit prima operabilium
tria quod non contingit errare, et attribuitur
rationi sit potentie, et synderesis sit habi-
tus. Prima et utrosque scilicet ratione et synderesis
naturaliter iudicamus. Dubitatur etiam ibidem utrum
theologis [...] synderesis in intellectu prac-
tico quod est intellectus in speculativo, intellectus
autem est habitus principiorum speculativorum. Sic
ergo synderesis est habitus principiorum
practicorum. Contra autem operatio est non
[...] synderesis quod est de
bono faciendo in generali, non dirigit in-
mediate ad opus, et intendamus et iudicare
in tali bonum esse faciendum, ex hoc solum
non dirigor ad faciendum hoc bonum
vel illud puta ad dandum huic paupe-
ri elemosinam, vel ad tradendum hanc eciam
sed oportet concurrere cognitionem particularem prac-
ticam quae ostendat aliquid particulare conveniens
esse, scilicet hoc particulare esse bonum iustum vel
honestum, quae vero deliberativa invenit
ad hanc duas scilicet quod dictat hoc vel
non hoc tale agendum. Assensus ergo
huius conclusionis vel habitus assensus dicitur conscientia
Exemplum ut iustum est faciendum, huic be-
nefactori scilicet pro suo expendere pro beneficiis
acceptis gratitudinem iustum est, ergo [...]
est faciendum. Potentia intellectiva vel habitus
inclinans ad assentiendum maiori per se note
synderesis est. Assensus autem vel habitus conclusionis
conscientia. Ideo autem actus assensus principiorum non dicitur
synderesis sed potentia intellectiva vel dicit [...]
[...] in suo 2o dist. 39 vel habitus ut di-
cit Bonaventura et Thomas quae nunquam extinguntur
synderesis in ratione, sed non sic est actus principiorum
sicut sic ipsius principii. Est ergo conscientia in-
dicium, non apprehensivum ~~[...]~~ sed
assensivum conclusionis de aliquo particulari
agendo vel fugiendo, presenti, preterito vel
futuro, illud est assensus quo firmiter credo
hoc particulare actum vel omissum agi debere
vel omitti, nunc vel in futuro. Unde dicere
habeo conscientiam de hoc agendo, tantum est dicere
credo firmiter hoc esse agendum. Habeo
conscientiam de hoc vitando, i. credo firmiter
hoc esse fugiendum. Hec autem credulitas
non particularis non acquiritur in virtute alicuius

Conscientia quid sit

scilicet formaliter vel habitualiter ut dictum est.
Et secundum hoc quae tria attribuuntur conscientie
scilicet testificando, ligando vel instigando accu- dubium
sare vel excusare, hoc est remordendo sive
reprehendere, aut approbando. Nam
per eam cognoscimus nos aliquid fecisse
vel omisisse, de quo Ecclesiastes 7. Scit enim tua
conscientia quia et tu crebro maledixisti a-
liis. Per eam quoque iudicamus ex principiis
agibilium et cognitione particulari acquisita
quid faciendum vel omittendum est. De quo
apostolus ad Romanos 2 loquens de gentibus ait
Ostendunt opus legis scriptum in cordibus
suis, testimonium reddente illis conscientia, quae
scilicet ex naturali dictamine iudicando recal-
citrat malo et consentit bono secundum Lyram
et hoc est suum ligare vel instigare. Per
eam denique iudicamus opera nostra an bene
vel male acta sint, et secundum hoc vel excu-
sat sive laudat, sicut dicitur 2 Corinthios 1
Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre quod
in simplicitate cordis et sinceritate dei ambu-
lavimus. Vel reprehendit et mordet sicut
dicitur Proverbiorum [...] Est qui promittit et quasi gladio
pungitur conscientie.
Unde quia conscientia et affectus frequenter sibi con-
cedunt denominationem, Ideo sepe conscientie attri-
buitur aliquid quod est synderesis et econverso. Sed
quia sic voluntati conscientia attribuuntur,
ut dicitur pura, bona, immaculata et econverso
iniqua, mala etc. quae tamen ad voluntatem per-
tinent realiter et vere, sed ad conscientiam autem
ostensive, ut conscientia dicatur pura quae
sibi bona conscientia i. quae non iudicat in vo-
luntate esse maculam peccati. Mala autem
quae est sibi mala conscientia i. quae indicat ma-
liciam in voluntate. Et secundum hoc intelligere
scripture concordantias possunt. Attribuitur
autem proprie conscientie rectitudo et curvitas
sive error. Recta enim est conscientia sit lex
intellectus nostri secundum Damascenum et [...] ve-
niendi, non tamen est ipsa prima [...] scripta [...]
[...] est sola lex divina et [...]
[...] si scripta [...] est, et in obliquabit
[...] secundum Augustinum de [...]
et [...]. Est ergo conscientia recta
quae in suo iudicio concordat principiis regule scilicet
legi divine, dum scilicet hoc iudicat quod in
veritate sequitur ex principiis veris operabilium
hoc et approbat deus. Erronea autem

dū declarat a vō indiꝰ indicātis ea q̄
nō sequunt̄ ex pmiss veris, putātes tn̄
ea seq̄. Cū ad vt dcm̄ ē ex pte
vlti nemo pūnc nō indicat, si vo as-
sumunt tamq̄ maiorē silogisimi ꝓnc dū
i vo acceptioē p votū deliberatiua
pt assumendo fstum p vero malē, ꝯstru
ta ā gepia aliqua i ordinata vt
odio vel amore pdnante decepta,
q̄ indicium solet pūrtere, ꝯ i ꝯlectendis
ꝓposicionibꝰ nō satis caute spectat, ꝯ sm̄
diuersos fallaciarū modos i rā vel
forma errare, et ita fstum p vero ꝯcludere
Ponant duo exa pmum vbi fstum
assumit̄ vt oē ꝓhibitum a deo illicitum
ē oē mrim ꝓhibitum ē a deo dicēte
noli iurare oīo, ergo oē iuramentum ē
illicitum Error assumit̄ maior fl̄a, cū
asserit hn̄ trom ex vī lre nō bn̄ itel-
lēte Et ꝯ mille talibꝰ scripture ā dcm̄s
nō bn̄ itellectis ꝯtigit error. 2m
exo vbi i fora sue i illacoē errat̄ vt
si qs sic apud se arguat ꝓpe caue
magnum dampnū i rebꝰ vel corpe frat̄
sustinendum ē modicum dampnū ꝓprium
vel corporis ex qualibet id sūna caritate
aliorū indigētiū ꝓprio subuenire
eo q subuenitendo ꝓximo mra destra-
himꝰ Ergo a sili ꝓ caue magnum
prm̄ i ꝓxo faciendum ē prm̄ mīg
Erratur hic i illacoē eo q putat
esse sile vbi nō ē Nō ē sic corpꝰ
ad corpꝰ ita aīa ad aīaz Quia pa-
ti aliquod penale i corpe sumꝰ nō est
malum, ymo frequēter meritorium, sz pati
i aīa culpā malum ē, 2 i corpe q̄s
pati pt ab alio, i aīa nō nisi a seipo
Nō ē ei nisi ꝓpria actioē vel omissioē
peccat Jdeo dr bern pati malum
nō ē malum sz facē Jterum si arguat̄
oē bonum ē eligendū, ꝓpositis duabꝰ
malis, mīꝰ malum hꝫ racō boni ꝯ-
parum maiori boni mali, ergo mīꝰ ma-
lum ē eligendū Errat ꝯscīa q̄ ita ꝯ-
cludit qz mīꝰ malū ē eligendū dicēte
apto ro 3 Faciamꝰ mala vt
eueniant bona dampꝰ iustū ē, qm̄ 2 si aūs
veru ē de malo pene, nō de culpe,
de quo loq̄r̄ 9o Neqz ei due culpe sic
ꝓponūt̄ vt ꝓ vitanda vna alia

mutē sic i dicto Possumꝰ eī oēm culpā
vitare, hic ab aptis doctoribꝰ inter
mala sonant̄ i ꝯtraribꝰ ꝓpter ma-
iorē mali vitandi sic tradi Judici 2
cetera multa Quo arguunt i tractato-
ribꝰ Vna sacramentalia hnt effcm̄ su-
os i fallibiles ita vt aīaz purgent
2 pamis sbaz i corpꝰ xpi ꝯuertat
ergo sile cetre bndictioēs q̄ certos mor-
bos et i tractatos sīt efficaces qz vt-
bis sīt eīn̄ sicud ā vā xpi Errat
et ibi i illacoē et sm̄ nō aīaz vt cōis
Nō ei vna sacramentalia sīt efficacia
qz xpi. i. qz a xpo dcā vt qz xpm̄
iuocat ꝯ sūt sz qz a xpo ad hnt
effcm̄ ꝯstituta, nō sic bndictioēs i cā-
tariū Et sic de multis exemplificari
pt. Et hū de pmo. Cū scdm
vbi videndum ē qualiter pincte at, dampnum
affert ꝯscīa erronea Jdo pmittendum
ē qz oīs ꝯscīa siue vera siue erronea
ligat ad nō ꝯtempnendum ea, ita qz si q̄s
ea ꝯtēpsit q̄ faciendo peccat, Mortaler
qnq̄ si ꝯscīa dictabat id qd ꝯtempnit̄
agendū vel omittendum de precepto tamq̄
neccessarium ad salutē, vt si q̄s oblata a-
liqua re sua qua credit nō sua, ꝯscīa
dictet illā nō esse ꝯuertendā ad au-
ferendā ꝓ diuinum preceptum sb pena
dampnacionis et c̄, 2 statu i dictamine
cui assentit, nichilominꝰ victꝰ ꝯcupia
aufert, peccat mortaler quantūcūqz ꝯscīa
errabat, credendo reī illā nō suā rē
Veniater at peccat, si hꝫ ꝯscīaz de a-
liquo tamq̄ de eo qd ē ꝯsilij nō precepti
ꝯgruū ad salutē nō neccessarium Vt
si q̄s ꝯpetēter ꝯfectꝰ oblato cibo delecta-
bili indicat ab eo tamq̄ a superfluo
abstinendum, tamq̄ de ꝯsilio nō salu-
bri ꝓfectꝰ sermonū Nō tn̄ abstinz
sz q̄ ꝯscīaz sūt, q̄ cibis i cibo delectacoez
peccat veniater Jtem si cibum hūc indi-
caret ꝓhibitum vt carnes i septa
feria etc Et sm̄ hoc dz itelligi
glo exponēs ꝯ apto ro 14 Oē qd
nō ē ex fide pctm̄ ē dicēs Oē qd
si bonum sit, qd nō ē ex fide. i. ꝯ fidē
i. ꝯ ꝯscīaz vt credamꝰ malum esse,
pctm̄ ē, Et alia glo Oē qd sit ꝯ ꝯscīaz
edificat i gehennā Edificat i gehē-
nā, verū ē si sit ꝯscīa de mortali

Vel sic: edificat in gehenna, vel dampna-
bilis si fuerit conscientia de mortali, vel dispo-
sitiue si fuerit conscientia de veniali. Peccatum
enim veniale et si non est dampnabile, dis-
ponit tamen ad mortale, et per tanto per eum
peccans venialiter edificat in gehenna.
¶ Et si dicatur quod fiat contra conscientiam venialis
mortaliter peccat, quia ex deliberatione consen-
tit in peccatum. Et secundum Augustinum nullum peccatum
est adeo veniale quin fiat mortale dum
placet. Richardus [illegible] de vita anime leone
prima quod verum est licet dicta de veniali quod non
est veniale ex suo genere sed quod veniale dicitur
per superexpeditionem [illegible] ignoran-
tia in actu perfectionis. Sed cum hoc peccatum
de genere sit mortale, veniale autem quia non
fiebat ex consensu libero et perfecto, accide-
re, ut consensus talis non deficit propter quod non sit
mortale. Vel dicitur: dum peccatum ille placet
in quantum peccatum est et dei offensivum, absque alio
motivo vel allectivo ad peccandum, illud
enim videtur dyabolice obstinationis propter quod
impugnet deum et odio habeat contra hic
gererem. Possum et sic intelligi dum pla-
cet actus venialis non quidem leviter [illegible]
placentia, sed tanta quod paratus esset huic
contra etiam si foret contra preceptum. Sicut
ille dicit in secundo libro super perdicto
viri quod omnis ardentior amator proprie
vxoris adulter est. Ardentior amator
est, qui paratus esset vti vxore sua etiam si non
esset sua, talis in quantum a peccato mortali non
excusatur. Nichil enim fedius est quam amare
vxorem quasi adulteram. De hoc dicto 31 c.
Sed vbi placet veniale quia delectat, et
non vellet ipsum agere si deus ad mortem
et annicione sue perditionis imputaret,
peccat quidem sed venialiter. Alexander vero ad hoc
annectit curiose: quod deliberatio facit
actum quod sequitur culpabilem venialiter, pec-
caret mortaliter. Sed est quod Augustinus Bona-
ventura [illegible] hic dicta integraliter. Consentio
in actum venialiter malum est venialis, lo-
quendo de veniali ex suo genere, ut est
verbum ociosum, sed in regione conscientie est in mortali
est mortalis. ¶ Sed ad omnem conscientia
ligat omnem diuina auctoritate et ratione, et hoc
probat de erronea quanto magis recta.
Auctoritate in quantum apostoli ad Romanos. Postquam
et omne quod non est ex fide peccatum est vel immundum
esse per peccatum qui omne bonum creauit et

a cerimonialibus legis quosdam abos prohibi-
tis non liberavit per christianam libertatem et
[illegible] cibum sicut discernere licite suum
posse, ita tamen ut scandalum infirmorum ca-
veat. Et nota abos discernendo non esse
subdit etiam ad desinit, si manducat
dampnatus est quia non ex fide. Ex dicto qui in-
dicat quosdam abos prohibitos, contra perquam
fidem euangelii professus est, de illis vero
si manducat sed abos quos putat licere
erronee prohibitos, dampnatus est. Causam
subdit, quia non ex fide sed sue conscientia, hoc
est contra fidem conscientie manducat, credens se
male facere. Et hic concludit vniversaliter omne
quod non est ex fide peccatum est, ad sensum superius
expositum. Hic expresse dicit apostolus dap-
natum qui contra erroneam agit conscientiam. Con-
cordat glossa sic dicens contra [illegible] supra allegatum
Erit enim conscientia mea in te. Conscientia est iudi-
ce meo mores absoluit. Et mathei
In quo iudicio iudicaveritis iudicabimini
Item Ambrosius libro de paradyso capitulo primo
nostra, nobis legem facit, legem sed nos
ligantem. Item Ecclesiastici 15. Deus ab initio
creavit hominem et reliquit eum in manu
consilii sui adiecit mandata et precepta
secundum quod sua consilia esse. Apposuit deus
ante hominem vitam et mortem tamquam premium
et penam. Mortem igitur [illegible] contra consilium agunt
vitam vero hiis qui secundum consilia precepta ser-
varent. Consilium hoc non est nisi dictamen
conscientie, inquirendo et iudicando quid faciendum
vel omittendum. Cum ergo contra hoc dictamen
agit quantumcumque erret quia credit non
errare, non solum peccat sed contra consilium agit
et ita dampnabiliter. Ratione vnica
hoc declaratur. Quandocumque contra conscientiam dic-
tante aliquid tamquam preceptum, et ita necessarium
ad salutem sic enim loquimur de conscientia, quod
ergo contra illam agit deum contempnit et cul-
pabiliter agit. Nam formaliter in peccato est
auersio a deo, que est contemptus dei vero vel
interpretativus, ut tractatum dicto 34 b c.
Sed vero contra conscientiam agens deum contempnat
probatur. Conscientia vera pro est diuine legis
aliter eo lex dei ipsa sed diuina voluntas
nobis innotescens non valens nisi per conscientiam
Siue enim per scripturam, siue per verbum siue
per inspirationem significatur nobis voluntas

Vtrum peccatum veniale fiat contra conscientiam fiat mortale

Quod conscientia ligat probatur auctoritate ratione

sine lex dei, hec primo innotescit nobis dum
cognoscimus huiusmodi scripturam veram vel apparitio-
nem a deo factam. Hec autem cognitio que sit
credimus conscientia est ex deo. Conscientia itaque
est prout quis primo et immediate recipimus a-
liquid tamquam a deo. Cum autem proximum
contempnit in eo in quo credit velut pro
veritate preferre mandatum domini, dominum
contempnit secundum illud verbum Christi Luce x. Et enim
me spernunt spernit eum qui me misit.
Nec refert quantum ad contemptum an pre-
ceptum sit verum vel non, dummodo tamen firmiter
credatur verum, et dummodo sicut credatur fore
principis mandatum, quia secundum intentionem
adhesionis huiusmodi crescit contemptus.
Sed dictamini conscientie semper firmiter adheremus
credendo verum verum adeo ut oppositum sit
et contradictionem includat credere se errare
in predictis ut deducit [illegible] quare
Maior patet quia [illegible] contempnit qui contra conscientiam er-
roneam agit, sic quod agit contra eam, dum
ipsa conscientia in actu sit cum [illegible].
Hec autem Thomas prima secunde q 19 ar 5 [illegible]
errans proponit aliquid ut preceptum dei, tunc
idem est contempnere dictamen rationis et preceptum
dei. Exemplum itaque. Si princeps per certum
nuncium publice intimaret suum mandatum
Si recipiens mandatum a nuncio tamquam
missum a principe, etiam si nuncius erret
[illegible] stante fide quod sit mandatum prin-
cipis ipsum transgreditur, principem contemp-
nit et contemptoris eum reum punien-
dum. ¶ Cum nunc ad modo dico liget conscientia
erronea nichilominus agens secundum erro-
neam conscientiam contra legem dei mortaliter peccat
ubi error conscientie est invincibilis. Gratia exempli
Si conscientia alicui dictet ab homine avaro
et paruo occulte subtrahendum esse quod
in pauperum usus eroget, faciens secundum
hanc conscientiam quamvis credit se bene facere
peccat tamen mortaliter, quia transgreditur pre-
ceptum non furaberis. Patet quia voluntas
concordans apostolo erat mala et culpa-
bilis, et tamen concordabat dictamini sue
conscientie dicente primo Joh 16 Venit hora ut omnis
qui interficit vos arbitretur se obsequium
prestare deo. Id idem patet referri illud
pauli Michel [illegible] conscientia [illegible]
[illegible] non sit, poterat eum dubitare
si alicubi per errorem conscientie deliquerit.

Et est ratio quia omnis homo tenetur obedire man-
datis dei, et huius se conformare, ut propter impo-
tentiam excusetur. Sed error non excusat
ubi sit invincibilis ut ex supradictis de ig-
norantia dictum patet. Et itaque omnis vo-
luntas transgressor divine legis culpabi-
liter peccat sed qui conformat se conscientie erro-
nee errore vincibili transgreditur voluntatem
mandatum dei. Dummodo enim preceptum
ignorat quo credit oppositum esse pre-
ceptum, tamen voluntatem ignorat ad minus
interpretative, eo quod in potestate sua fuit
non errare, ideo enim errauit quia non fe-
cit diligentiam ad sciendum legem dei quam
facere potuit et tenebatur. ¶ Item quibus
tenetur se conformare dictamini recte rationis
vel saltem se non difformare. Sed patet
ex diffinitione virtutis 2° ethicorum. Conformat
autem se rationi erronee difformat se
rationi recte, ergo. Dixi notanter quod secundum
erroneam conscientiam agit contra legem dei, quia
si quis secundum erroneam conscientiam agit opus
quod non esset contra divinum preceptum, ut scilicet
divinum preceptum, sed vel indifferens vel opus
consilii, sic agendo non peccat, ut si pu-
tet dies dominicus fore 6 feriam et ideo
abstinet a carnibus, non peccat, eo quod
abstinere a carnibus die dominico non sit
contra preceptum. Sic si quis indicaret erro-
nee quibusdam considerantibus panem iacere in
terra vel loco inhonesto tenendo ad le-
vandum illum propter reverentiam eukarie.
Et sic levans non peccat levando,
quia levare panem non est contra preceptum, licet
forte error ille in conscientia non sit sine
peccato. Ratio est de mente domini bonaventure
in 2° dist 39 qui vult quod conscientia dictans
aliquid quod est preter legem dei propriam
ligat quamdiu manet. Unde tenetur homo
vel conscientiam deponere, vel id quod dictat
adimplere. Verbi gratia. Si dictat conscientia alicui
quod necessarium sit ad vitam eternam festucam de
terra levare, vel quod feria 6 non comedere
carnes dum hec durat quamdiu illa
conscientia, ergo hoc faciendo non peccat, quia
necessario tenetur peccando et contra conscientiam postea
¶ Verum si conscientia aliquid dictat contra legem
dei non tenetur, imo tenetur ad eius oppositum
i. ad faciendum id quod lex divina dic-
tat, tenetur tamen non contempnere conscientiam

Ages contra conscientiam erroneam quando peccat

eam sic errante. Dico breviter: tenetur non contemp-
nere, et non faciendo quod dictat contempnit,
igitur tenetur non permittere quod dictat et ita
facere. Secundo tenetur non contempnere, et tamen tenetur non facere
quod dictat, quod igitur [illegible] tenetur hoc agere, verum non
faciendo dictatum non contempnat, id est tenetur eam
deponere. Et sic dicitur bonum quod talis conscientia ligat
non ad faciendum quod dictat, sed ad depone-
ndum eam, quod intelligi oportet non immediate sed mediate.
Ligat enim immediate ad non contempnendum, sed non
potest non contempni nisi vel deponatur vel dictatum
impleatur, non autem potest impleri dictatum quia
contra preceptum dei, oportet igitur eam deponere. Vi-
de de hoc Ockam q. 12. 3 suarum N.
Item tamen licet errorem invincibilem puta
qui facit investigationem per omnem viam sibi
possibilem et debitam, et adhuc latet error qui
non est in potestate sua, ille non solum excu-
satur. Secundo etiam tenetur sequi illam conscientiam erroneam con-
formiter, et agendo sic facit in gratia remanens.
Exemplum: Si iudex debito processu iuris
servato, ex deposicione testium omni exceptione
maiorum, iudicat aliquem puniendum
qui tamen innocens est, licet erret in iudicio iudi-
cans nocentem qui innocens est, tamen quia nichil
de contingentibus omisit, et ita error in
sua potestate non est, non peccat, sed ceteris
paribus meretur. Secus si in casu sibi du-
bio informationem sufficientem consuluit vel
debuit sed male informatur et credens
informationi secundum eam agat, non peccat, sed
meretur, quamvis erret. Forte dicis
quomodo excusari potest agens secundum conscientiam erro-
neam invincibilem cum tamen sic agendo agat
contra dei voluntatem? Deus enim non vult inno-
centem dampnari, et casu posito iudex ille
innocentem dampnat. Respondeo: Voluntas autem
nostra tenetur se conformari divine voluntati.
Unde cum oramus: Fiat voluntas tua sicut
in celo et in terra. Respondendum: Dicta ad hoc. Vo-
luntas non semper est recta que conformatur vo-
luntati divine in omni volito, sicut nec semper
culpabilis quando in eo sibi difformatur.
Vult enim aliquis aliquid et tamen vult cre-
aturam hoc nolle vel non velle. Sicut
voluit Christum crucifigi et tamen voluit iude-
os hoc nolle. Et vult peccatorum necem mod-
o et tamen vult eum non velle mortem peccatoris.
Voluntas autem recta est que conformatur divine
quantum ad hoc quod vult eam velle, vel nolle
ut quod vult illud quod deus vult eam velle
quamvis deus re aliquid nolit, ut tractat per doctor
Sub. ultima primi. Concordat Thomas 1a 2e q. 19.

Nota de modo quo vult deus mortem quam deus vult ut peccans non sit ... velle mortem hominis mori.

Diligenti inquisitione facta iudicans secundum conscientiam erroneam excusatur a peccato

Voluntas nostra quando non in omnibus semper sit conformanda divine voluntati

ac et in pluribus aliis verbis. Nunc autem deus
vult voluntatem nostram secundum rationem non culpa-
biliter, quia rationem ipse dedit tamquam lumen et regulam
directivam nostrorum actuum. Secundum illud prophete:
Multi dicunt quis ostendit nobis bona? Sig-
natum est super nos lumen vultus tui domine.
Illud hoc vero nostra est. Sed vero errans errore
invincibili non est culpabilis, eo quod error
iste non est in potestate hominis, igitur in hoc confor-
mamur divine voluntati sicud agimus
quod ratio dictat per errorem invincibilem esse
faciendum. Ex quibus sequuntur documenta
que ex dictis patent. Primo patet quantum dei
sit vere divinorum iudiciorum abissus. Cum
enim interdum ex nostra culpa erramus, pu-
tantes bene facere, ut cum erramus nos er-
rare scimus, licet postea per diligentem ex-
aminationem scire possemus. Et huiusmodi er-
ror nos a peccato non excusat sed sepe in-
cusat magis et aggravat, valde dubium
est nobis quibus ut quamvis nos sciamus rectos
tenemur deo, etsi non putamus nos ab omnibus
absolutos. Unde ait Petrus B. preterea iu-
dicat enim qui sine personarum acceptione iudicat
secundum uniuscuiusque opus, in timore conversamini
tempore incolatus vestri. Et si iustus vix non
sed timore iustus salvabitur, peccator ubi
parebit? 1 Petri 4. Secundo patet quam utile est
non suo sensui inniti sed aliorum bonorum consi-
liis agi, quoniam qui suo inherendo consilio er-
rat, non excusatur, ubi aliorum consilia inves-
tigando non posset; qui vero fretus est maturo
consilio sed deceptus est, excusatur etiam si erret.
Tercio etiam satis clarum potest quod mala
nobis affert erronea conscientia vincibili
errore, de qua hic quoniam loquendo sic intelli-
gi dicitur. Prima erronea conscientia de fide
de hiis quorum cognitio necessaria est ad salutem secundum
se est culpabilis et mortifera, pro quanto
omissa est investigatio diligens et debi-
ta eorum que pertinent ad salutem, sicut omnis
talium ignorantia crassa vel affectata
de qua supra satis dictum est. Et per quam non
stat cum caritate, sed gratiam expellit et
omnium aliorum operum de genere bonorum meri-
tum tollit, ac cetera mala infert que gratia
omni privatum mortale ferre solet. Quarto se-
ducit et illaqueat. Seducit si est nimis
larga, illaqueat si est nimis stricta.
Dum enim nimis larga est iudicans malum
bonum, et actus contra precepta commissos non

Quanta mala affert conscientia erronea

fore mortales homines seducit et ad huiusmodi
actus peccatores corruptos facit ac red-
dit presumptuosos. Addit: De huiusmodi
consciencias loquitur ysaias dicens: Ve
qui dicitis malum bonum, ponentes te-
nebras lucem. Ysaie 5. Et consequenter dicit:
Et erunt qui beatum dicunt populum istum se-
ducentes. Ecclesiastici 29: Talibus dicitur: Promis-
sio nequissima multos perdidit. Ne-
quissima est promissio qua quis sibi vel aliis
contra divinas ordinaciones vitam promittit
eternam. Quod vero nimis stricta est iudi-
cans bonum malum, concessum prohibitum, consi-
lium preceptum, illaqueat et in desperacionem mittit.
Quod enim multiplicat prohibiciones et
precepta ut non credat se posse sine pec-
cato, quod non timet ordinatum in deum, adeo
arctat viam salutis ut difficillimum vi-
deatur in ea ambulare, quia attenta difficul-
tate ac propria infirmitate, iudicat esse
impossibile recte vivere, et ita sequitur desperacio. Quod
eciam iudicat actum indifferentem prohibi-
tum, ut sic talem vitam facile potest inducere
peccatum ubi peccatum non esset si consciencia non er-
raret. De hiis loquitur dominus in evangelio mathei 23:
Ve vobis ypocrite, qui clauditis regnum celorum
ante homines, vos enim non intratis nec introeun-
tes sinitis intrare. Et ecclesiastes 7: Noli esse
iustus multum neque plus sapias quam necesse est
ne obstupescas. Ne ipse agens multum.
Nimis sunt multum iusti est qui actum
non malum dampnat tamquam malum, quem
stante tali iudicio committens obstupescit conscien-
ciens et ipse agit qui huiusmodi actus certus
... indicatur. Ideo primum actus qui
fit secundum dictamen huiusmodi erroneum auget.
Facit enim quod huiusmodi actus qui vero sine timore
... ad maiori libidine ac magis
conquisite. Solet enim delectacio in peccato minui
in eo quod se noscit male agere, et propter timorem
pene et propter displicenciam divine offense
et reprehensionem consciencie. Homo enim fidelis cognos-
cens se male agere penam timet, et nisi
obstinatissimus fuerit ac totus dyabolicus
vellet peccatum suum deo non displicere, patitur
quod consciencie remorsum, quod minuit libidinem
in peccato, et non permittit investigare tam
exquisitas vias. Sic facit qui errat pu-
tans se in hoc bene facere. De quibus ysaie 5:
Sapientes sunt ait ut faciant mala, bene
autem facere nescierunt. Quarto superbiam
inducit, propria iudicia de peccatis aliorum
preceptum. Quod enim nil aliquid agibile

singulariter ... erronee sentit, putans se
recte sentire, alios autem sibi dissencientes
errare, super alios se extollit, contra
quos despiciens contempnit. Sic enim videmus
homines mundo huic fruentes, ac divicias
... res, honores, potencias toto avi-
ditate querentes, credens quod hii magis amat
et honore dei ac saluti sue invigilat
tamquam homines inutiles et stultos despi-
ciunt. Sic apostolus ait 1 cor. 2: Animalis
homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Stulticia
enim est illi. Sic religiosorum plurimi
homines in statu virtutis perfectos indi-
cantes non oportet aliter ita sic ipsi vivere.
De virginibus dicitur ... Stultus
ambulans in via, cum ipse insipiens sit
omnes stultos estimat. Stulti ac et ia-
mes sunt in quibus non sit timor dei ... 13
Quinto pertinaciam et incorrigibilitatem
affert. Quod cum corrigi potest, quod se verum
habere iudicium putat, et errare eos
qui aliter sentiunt. De quo dicitur: Ve soli quoniam
si ceciderit non habet sublevantem. Ecclesiastes 4. Quod
exponens richardus in de preparacione a-
nimi: Ve igitur soli, id est de se solo
et suo consilio presumenti et solitaria quadam
presumpcione vivendi. Quod habet pertinacia
ait gregorius in floribus: Pertinacia in o-
pinionibus et actibus propriis, per quam non
est paratus corrigi, dampnabilis et vix
sanabilis est presumpcio, et deum directores
aliorum cadit, multa turbat et perdit.
Huius prefati omnes et obstinacio firma
... contraria ... deductionem ...
Sexto reddit hominem perplexum, ita quod
innodatur huiusmodi habens consciencia discrimini
mortalis peccati quod ... non potest. Quoniam
est secundum legem contra ... sunt perplexus
est inter duo peccata, quod ei pateat exitus
sine novo peccato. Sicut si quis iurasset
se omissurum peccare in morte ... non omittit
et sic non peccat novit ... peccatum
iurando. Sicut si credat duo precepta
impossibilia ex culpa sua, agendo id
quod de se magis obligatorium est, et a
novo peccato liberabitur. Sic si consciencia er-
ronea dictat faciendum esse aliquid pro-
hibitum, deponat conscienciam et cavebit
peccatum. Et cum supposita aliqua culpa, sequitur
... necessitas delinquendi, ut si quis
tamen ... querit ... in suis operibus
sive propter ... faciat quod tenetur, sive propter

ca dimittat sed peccat ut dicit in decretis
in c. q. 19. Ubi patet quod conscientia erronea quae
dictat contra ecclesiam preceptum in simili ideo in bello
iniusto assistendum, et mortem adversam pro eo sup-
liciter, exemplum est quia si sic agit mortaliter
peccat quia contra legem dei. Si non mortaliter etiam
peccat quia omittit quod conscientia quamvis erroneam
veram faciendo dictat, et ita concluditur Ecce
quomodo malum est se constringere ad hoc auctori-
tate in quo sua dampnatorum non potest evadere
si sive sic agat sive aliter sed peccat prop-
terea se obligat. ¶ Et quamvis hec et
multa alia mala sequuntur conscientiam erro-
neam, tamen non sunt in more conscientie. Non enim
quamquam fuit contra conscientie notam peccat, immo
quandoque sic agendo laudabiliter agitur. Est
autem ut dictum est conscientia cum quis sinaliter et
diffinitive iudicat aliquid faciendum vel
faciendum, vel de suo dictamine dubi-
tat. Sed non conscientia est cum quis inter duo va-
cillat ad quod horum obligetur vel quod po-
tius sit eligendum, non stante peccat
faciendo unum vel alterum, dummodo paratus
tamen sit agere id quod placitum divine
nostre voluntati. Et de hoc apostolus
ad Rom. 14 et in parte 2a subsequente. Unde
scriptum est volente deo pertractabit. Petimus
ergo quod conscientia obliget, et quantum nobis
periculi afferat atque dampni, quod consi-
derantes preparemus animum et mentem
dirigendo, ut quo ea valeamus evadere
cognoscamus. Utinam nobis si pro conscientie
errore in loco decumbat palma va-
leat offerri deo ut panis et intel-
lectus prestante eodem salvatore nostro
Christo Iesu cum patre et spiritu sancto in secula
benedicto Amen.

107 ¶ Dominica vicesima

Misit servos suos vocare ad nup-
tias. Matthei 22. ¶ Dominus compa-
rat regnum celorum, et secundum hoc duplices
nuptias celebrari scriptura tradit, aut
scripture in ipsa cantica etc. De primis ait Gregorius
omelia 32. Regnum dei non sepe dicitur parvo
eloquio vel etiam regnum dei, sed non nunquam
presens ecclesia vocatur, unde scriptum est: Mittet
filius hominis angelos suos et colliget de
regno suo omnia scandala. Quia in illo eterno
regno scandala non erunt, ubi pro sui
repti non admittitur. Patet ergo quod
regni celorum nomine ecclesiam vero triumpha-
ntem aliquando ecclesiam viatorum intelligi adhuc
in via in mediis fluctibus militantem. Utram-
que cum fundavit deus utramque edificavit
utramque perornavit utramque regit. Concordan-
do simile: sicut quo regno lex dissidet
filius regis magni cum fideli anima nuptie
celebrantur. Sed hic secundum Hugonem de arra
anime celebratur desponsacio, ibi coniunctio
hic sponsa eligitur atque in illud secare
virginum sub manu custodum lavanda
purganda ungenda ornanda quoque
ut tandem preparata ad cubiculum sponsi
atque vestimentis amplexibus regis perpetui inde
abscondenda introducatur. De primo dicit per prophetam
Desponsabo te mihi in fide. Osee 2. De 2o
scribitur Matthei 24. Et que parate erant intra-
verunt cum eo ad nuptias et clausa est
ianua. Quisquis ergo illas eternas nuptias
in celis desiderat, atque celum possidere, hic
desponsari in ecclesia militante, in ea pur-
gari, vestiri, ornari, studio fidei curet.
Ista in de fide ad petrum ait Augustinus c. 34:
Firmissime tene et nullatenus dubi-
tes, non solum omnes paganos, sed et omnes
iudeos et hereticos atque scismaticos, qui
extra ecclesiam catholicam presentem finiunt vi-
tam, in ignem eternum ituros, qui paratus est diabolo
et angelis eius. Cum ergo et illud premissum
evangelij, quod rex hominibus venire nole-
ntibus providet quomodo ad animam, et civitatem
in corpus illorum succendit. Nemo ergo qui-
mo hodierne se subtrahat, nemo venire
tardet, ne dicta compleat quia omne pa-
rata sunt omnia. Expectat nos rex et filius
suus sponsus. Cum misit servos suos
vocare ad nuptias per gratiam divine mise-
ricordie evangelium secundum textum cum gratia annunciabitur
materia de conscientia evangelium. Unde regnum
celorum hominem regi etc. ¶ Misit servos
suos etc. Multiplices sunt per quos deus vo-
cat ad se. Vocat ergo ait Gregorius per ange-
los, per se vocat, vocat per patres, vocat per
prophetas, vocat per apostolos, vocat per
pastores, vocat per nos, vocat plerumque
per miracula, vocat nonnunquam per flagel-
la, vocat aliquando per mundi huius prospera,
vocat etiam per adversa. Bede quamvis sunt
vocata a deo quibus commissum quidam nunc ij
ad deum vocatorem suum cognoscendum hono-
randumque vocat et dirigunt. Sed tamen fuerit
qui hos audiat et hic considerat. Hic apostolos
gentiles in eo vocatos testatur Romanos primo

¶ Aliud est non conscientie et error conscientie

¶ Hic fit desponsacio, postea coniunctio

Item invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus et divinitas, ita ut sint inexcusabiles omnes homines cognoverunt. Verum sed hii vocati in sua vocatione, una producitur conscientia per quam sua nobis insinuat vocationem ut Christus dixit: Hec ergo in nobis creavit nichil preterquam vocationes de hac itaque audistis quoniam non est aliud nisi sententia in nobis dictans aliquid agendum vel vitandum et quia vera quia vel erronea semper est in conscientia obediendum cum prevaleat atque de quo nobis in hoc error conscientie etc. ut supra sermone precedente.

108 Dominica vicesima prima

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum Johannis 4. Salvator noster veniens querere oves que perierant et sic principaliter pro salute iudeorum venit, sicut ipse ait: Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel, multum in cunctorum salute desiderare ut ipsos sibi acciperet in eo claret omnibus, quod et quibus salutem querentibus suam nunquam non negavit. Ecce beatus Petrus act. 10 attestatur. In veritate comperi quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet deum et operatur iustitiam, acceptus est illi. Propter quod scriptum nobis non solum beneficia iudeis impensa sed et ea que gentibus sunt exhibita commendat, ut nos quod domini misericordiam et illorum fidem cognoscentes, amplius in dei amore ac minus negligentes conspicimus sicut attendamus. Nimis enim ingrati sumus et inexcusabiles. Sed quia fidelium acta nobis non instruunt, infidelium est quo non emendat. De quibus unum proponit nobis evangelium propter fidem quam Christo credidit in sui filii curatione a domino exaudiendum, regulum scilicet illum, cuius filius infirmabatur Capharnaum. De quo pro gratia domine pro imitabili evangelium dicam et nunc de conscientia. Evangelium Erat quidam regulus etc.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Quilibet homo fore regulus qui in libertate spiritus subiugatam carnem regit, et ad regia hereditatem quam nobis rex regum magnus regulus filius acquisivit, strenue properat. Johannis in apoc. capitulo primo dicitur quia ait Jesus Christus primogenitus mortuorum et princeps regum terre qui dilexit nos et lavit nos in sanguine suo, fecit nos regnum et sacerdotes deo patri suo. Quidam huius eius ... et regalis hereditatis obliviscuntur ad caduca convertuntur, non ea regibus sed regulis dicimus. Aliqui quoque tales magis quia reges dederunt et amplectentes vilia que pusillanimorum concordia attestantur. Reguli huius filius et filia principales intelligi possunt potentie, que sunt ratio et voluntas vel voluntas que mollibus delectatione adheret et commoda seu intelligatur intelligentie. Ratio autem que constat quia viri apparet atque iustum indicat viri vocabulo scilicet filii designatur. Ut quia ratio voluntas tamquam viro mulier subesse debet et ab ea regi. Infirmatur autem ratio hausto errore veneno quo infecta ratio omnia sua iudicia conscientie perturbatur adeo ut amarum dulce, ac dulce putet amarum. Hoc ipse contingit quod Capharnaum habitat. Dicitur namque Capharnaum ager pinguedinis. Qui in Capharnaum habitat quod se pinguem facit, et ingenio divite refert, et sibi ipsi se putat sufficere doctrinas negligit aliorum. Vel etiam quod per immissis spiritualibus studiis corporis pinguedine .i. carnis voluptatibus delectatur. Hic cum nimio errore infirmatur, quia carnalis homo non sapit ea que sunt spiritus dei. Quia spiritualis omnia diiudicat, ratio scilicet in corde et quia legis iudicium quosdam ab errorum quibusdam deficiatur. Contra autem hac ratio et conscientie infirmitatem mala sequuntur. Constat declarari. Primo declarari intelligendum sermone preposito dominice quia conscientia est erronea ligat ad deum et quia conscientia non contempnenda est. Secundo cum unus ita sit nichilominus agens secundum erroneam conscientiam contra legem dei mortaliter peccat ut supra dictum 19 usque in finem. Amen.

Dominica vicesima secunda vacat propter festum omnium sanctorum

Dominica xxiij

Reddite que sunt cesaris cesari et
que sunt dei deo Mt xxij. Christus
ihesus dominus noster que verbo docuit
facto et opere comprobavit. Docuit enim nos
non solum amicos diligere sed inimicos et
qui nos oderunt benefacere math. quinto
capitulo teste eciam hodierno adimplevit
evangelio. Inimicis suis non abscondit sed
mortalibus inimicis quo in sermone se ca-
peret atque captum reddi occidendum
traderet. dedit bonum quod dedit reddidit
malum quia eo quod sapientissima sua re-
sponsione occasionem calumpnie abstulit
et salutari doctrina erudivit. Per primum
ne primum quod mente conceperat opere perfi-
ciendo vinculis eterne dampnacionis se ipsos
illigaret prohibuit. Per secundam viam que
per obedienciam meritum vitam non finiendam
possent ingredi sermone compendiosissimo
demonstravit. Breviter enim ac compendi-
osus in sermo Reddite que sunt cesaris cesari
et que sunt dei deo. et hic omnem necessariam
observanciam eorum que ad ingressum regni
requiruntur plenissime comprehendit. Sicut
enim viam regni celestis regni esse man-
datorum observanciam docet dominus math. 19
Si vis ingredi ad vitam serva mandata
Illis autem solus iste facit qui deo que dei et ce-
sari reddit que sunt cesaris. Si ipsum enim
sunt omnia mandata de divina et humana
Sive divina servat mandata deo que dei
sunt reddit. Cum vero humana cesari satis
facit. Cesaris enim nomine sermo beatus aug.
lib. 6 ad fratres in heremo omnes prelati intelli-
guntur. Unde dicit reddimus cesari debi-
tum suum quando humilia prelatis nostris reddimus
humilia in inclinacione exhibicione et dilectione
consistit. Sed neque inclinare eum neque diligere
quisquis eius preceptum transgrediendo contempnit
Omnino ita sibi hec coherent ut alterum
sine altero ad vitam non sufficiat nec
servari possit. Sicut enim teste Ioh. in canonica
sua Non sunt proprio deo non sunt deo proprie
vere diligi potest. Ita nec precepta superiorum
cum transgressione divinorum nec divina sine
superiorum mandatis poterunt observari
Merito quod utraque coniunctim precipit dominus
sermone copulativo Reddite inquit que sunt
cesaris cesari et que sunt dei deo etc. [illegible]
Recte eciam Tercio huius euangelii doc-
trina de hoc tociens nostre salutis in eius conclu-
sione colligitur. Reddite etc. Certe non
aliud docemur nisi ut per debitam obe-
dienciam subditi simus deo et superioribus
nostris. Habet enim dominus quia cum solus

reddimus deo que sunt dei et que sunt cesaris
cesari. Sed ex introductione colligitur
et ista dicendis. Videlicet primo videndum
est de ipsa obediencia quid valeat et nobis et necessaria
Secundo quibus obedire tenemur. Tercio quantum pec-
cant qui per inobedienciam superioribus resis-
tunt. Circa primum sciendum ad primum Sicut dicitur
ex verbis beati thome 2a 2e q. 104 ar. 2
obediencia virtus est que reddit hominem promptum
ad implendum voluntatem alterius scilicet pre-
cipientis. Unde proprium obiectum obediencie est precep-
tum tacitum vel expressum. Voluntas enim
superioris quocumque modo innotescat est
quoddam tacitum preceptum et tanto videtur obediencia
promptior quanto expressum preceptum obe-
diendo prevenit voluntate superioris
intellecta. Ex quo patet quod verus et specialis actus obediencie
est facere vel omittere aliquid quia preceptum
tacite vel expresse. Unde obediens non at-
tendit qualecumque sit quod precipitur utrum secundum voluntatem
suam sibi sit placitum vel repugnans
leve vel onerosum sed dumtaxat an su-
perioris auctoritate preceptum. Hinc
patet quod ille qui id quod precipitur exequitur
eo quod secundum se eciam si non preciperetur
placet sibi propriam voluntatem ut complet
in talibus proprie non propter preceptum non habet
ille actum de merito obediencie. Sed quanto id
quod precipitur magis secundum se et voluntatem
propriam placitum est tanto magis in eius
execucione apparet vera obediencia sicut in asperis
et voluntati proprie repugnantibus in quibus
omnino manifestum est quod non implentur nisi propter preceptum
Et hoc volunt gregorius 3o moralium c. 33 ubi
dicit quod cum obediencia de suo aliquid habet in prosperis
nulla est. Nam cum huius mundi successus precipi-
tur, cum locus superior imperatur ille qui ad percipien-
da hec obedit obedienciam sibi virtutem eva-
cuat si ad hec eciam ex proprio desiderio
anhelat. Neque enim se sub obediencia dirigit
qui ad accipienda huius vite prospera libidini
proprie ambicionis servit. Et ita volun-
tas propria non videtur tendere primo ad implendum
preceptum sed ad exequendum placitum. Quando
adversa vero vel difficilia obediencia maior
est si de suo aliquid habuerit. Nam cum mun-
di despecta precipitur, cum probra adipisci
et contumelie iubentur nisi hec ex semetipso
animus appetat obedienciam sibi meritum mi-
nuit quia ad ea que in hoc mundo despecta
sunt invitus nolensque descendit. Ideo quod
qui ultro se offert ad unum in aliud quod

i preptu' pal'te tantu' debet. Pl' h'o se
offert, q'r h'r adu'sa pati ei nu' obedi'r
placere putat, io no' sua i h' s' alt'u'
q'rit p'fecte volu'tate, q'd i tende'
i preptu' tantu' vl' exp'ssu'. Cu' v'o
no' ultro se offert, s' exp'ssu' preptu'
expectat, remissiore obie actu' se h're
demo'strat. Exe'pl'a adducit g'g' moy's
z pauli. Et b'n' b'rn' clare de h'
s'or de tribus ordinib'g obie ait,
Cui'q's q's vl' ap'te vl' occulte satagit
ut q'd h't i volu'tate h'o sp'ualis p'
iudgat, ip'e se seducit, s' sibi s'ce
q' de obia blandiat'. Et h'r s'r' l'son
th'oz v'a s't q'l ad id q'd ext'u' appa'
ret i' s'g' dei mediu' q'c'da vi'
mat' p't g'g' q' e'i i p'ssis obia
aliq'd de suo h'n's no' s't mu'n lau'
dabilis s' s'ta p'p'ria volu'tas obedi'
ent' no' mi'a deuote tedat ad prep'
ti i'pleriore. ¶ Haec at v'tg a nob'
su'mope a'p'deda e' z accst'a soll'ci'
te q'sueda, q'r i' o's v'tutes mora'
les mag' vtilis z m'ria. Vtilis et
q' nob' deu' mag' placat, et q' c'tas
nob' v'tutes i'serit et q'suat. De p'mo
dt Aug' s'mo' 6 ad f'res i h'mo
Estote obedientes ut deu' placare pos'
sitis de p'rib' q'missis. Raro eni' aug' pla'
cat deu' h'o q'uto e'p'ssi arbitrij sui
sup'bia, gladio preptu' se i'molat. Ro'
i'. Na' p' obia' sua' a'ia' b'o deo offeri'
mus, z maiora a'ia bo' q' deu' s'erni'
mus. Sicut eni' ut th'os ii' s' ar 3 ait b'o'
h'ua tripl'a. Exteriora z h'r i'fima.
Media s't bo' corp'is. Sup'ma b'oa
s't a'ie, z i' h'r preptu' e' p'pa volu'
tas, q' sola i nob' libera e', z p' p'paz o'ib'z
alijs bonis vtit' h'o. P' obiaz aut'
n'raz volu'tate' abnegam', z ea' d'o
offerim'. P' q'd h'r e' a p'p'ha samuele
victimis p'ponit' i R' 15. Nu'q'd vult
d'us holocausta z victimas, z no' po'
tius obediat' voci d'ni'. Meli' e'
obia q' victime z auscultare mag'
q' offerre adipe' arietu'. Unde v'ac'
tas g'g' ult' mor' vi 29. Obia iu't
victimis iure p'pon't q' p' victimas
alie' caro, p' obiaz v'o volu'tas p'pria
i'olat'. ¶ Et v'o c'tas nob' v'tu'
tes i'serat z i'sertas custodiat, b'n'
aug' 14 de ci'v' dei c' 12 testatur

Obia v'tg ait m'r e' q'da'mo' z custos
o'iu' v'tutu'. Et b'n' g'g' ii' s' vi 28. Sola
nam'g obia v'tg e' q' v'tutes c'teras me'ti
i'serit i'sertasq' custodit. Dec' ei' v'tutu'
actu' q'uis i prepto s't, p' obiaz sunt.
Sic g'o obia c'teras v'tutes me'ti i'serit
z custodit, d'u actus p' q's v'tutes z ge'
nerat' z q'suat' i'p'a eli'cit. Ex q'b' m'
e', Ribus moralibus v'tutib' iure p'poi'
no' solu' q' sup'ma p's religiosis, q' p'a
e' moraliu' v'tutu', m' m' q' in c'teris
moralib' v'a bo' q' deu' q'temp'ne' faciu't
vt iustitia res exteriores sorti'do ac t'pa'a
corporis voluptates z molestias. Va'
sustinendo passiones s'u' obia v'o q'd o'ibz
maius e' volu'tate' p'pria sibi negat
deo offert. Sz ex eo maxie', q' o'iu'
aliaz v'tutu' actus ei redu't. M'r alie
v'tutes n' p' ea v'o v'tutes s't. Na' s'm
g'g' et si p' obiaz nu'q' debeat malu'
fieri, de i' q'uis p' obiaz bonu' q'd agit'
i'mitti. Neq' e' actus aliq's q'suetus
v'tut', q' n' p' obedientia dei i'mitteret'
e' p'mo q'ri' facim'. Sic p' preptu'
diuinu' meritoriu' abraha' voluit oc'
cide' filiu' suu' ge' 22 th'ebrei
spoliabat egyptu' Exo' xij. Osias
i'gressus ad fornicaria' (?) [illegible] p'o Ezm
ut d't th'os ii' s' ar 3. Cu'ctaq' alia
v'tutu' op'a ex h'o meritoria s't apud
deu', q' sunt ut obediat' volu'tati di'
uine. Na' s' q's e'i martiriu' sustinet
l' o'ia paup'ib' erogaret, n' h'o ordina'
ret ad i'pleriore' diuine volu'tatis, q'd
ad obiaz p'tinet, meritoriu' esse no'
posset. Sequit' o'ia n'ra op'a q' tato
solu' v'a s't iusta z bo', q' q'uto q'for'
mia s't diuine volu'tati, q' sola e' v'a
p'ma z i'obliquabil' o'iu' q'sequ'tiu' q'
nob' p' p'cepta i'notescit. Et deo q'q' q'u'
e' diuine iussio, q'tum'q' appare't
e' v'tuosu' p'bat'. Sic p'z de s'cto
paul' i R' 14. Et de misia c'tha b' re'
g' benedab' i'p'a 13 R' 20. Et q'
l' q'tra. M'r m'r s' moralib'
v'tutib' p'ponit' obia, n' eni' sine ea
theologice esse q' no' possu't, q' frustra
sunt. Caritas eni' v'tutu' s'ma s'n obia
o'o h'ri no' p't teste Ioh'e i Ioh' 4
Hec e' caritas dei ut ma'data ei' cus'
todiam'. Et d'us ip'e Ioh' 14. Si prep'
mea s'uaueritis manebitis i dilecto'e mea.
Vos amici mei estis, s' fecitis q' p'cipio
vobis. Amicitia ei' facit ide' velle.

et nolle q ethi⁹ fides deiq sine
obie opibq mortua e Jacobi 2° Vn
gg 2ij mor ij 29 Sola q fidei
meritu possidet, sn q qsp fidelis
qmunt, etia si fideles esse videat Spes
q q ex gra z merit no pcedit, no
spes s vana p supno e dicenda ut
dr m^r i 3 di 26 ch .i 9 99 Caritsta
te sacrifica ust^e z spare i dno Sa
crificiu iust^e opa e obie ut p3 ex
p^missis Hec bern i de noua mili
cia Iter studiu boe actois, n^r orud
se geplacios n^r lacma p dictis
ex bethania esse poterat i obiaz
quz bethania obia iterprat ¶ Est
deiqz obia nob nca et ad deu, et
ad paciscu quietu Ad deu adeo ne
cessaria e obia vt in g roe ptete
dei, sn merito obie bificant Vo
angelu i celo Vo hoiez i padiso Vo
lapsu i re p lo Angeli i celo cre
atis mox obie posuit pcepta ut
s3 suo cator creata subess In padi
so ne de ligno vetito comederet
In tris ut deu spi lex diligeret p
q tobiaz ut Aug ait Diar celu p
didit, ho padisu amisit, paul qg
silon amore dum Angels eni quia
hat elegit irrecupabilit cadit Ho
aut p i obie lapsu toz sua posteri
tate dapnauit, no nisi p vinigeniti
pris obiaz repanda Obediencia
no quaque s usq ad morte cu
ris, viqz turpissimu Ad ro 4 Sic
p tobiaz vnus hois pcores qstituti
s multi, ita z p vnius obiaz iusti
constituent multi, illius s3 hois q cu i
for dei esset no rapina arbitratus
e se ee equale deo, s3 exinaniuit
semetipm forz sui accipiens, humili
auit semetipm fcs obediens usqz
ad morte, morte aut cruc ic phil 2°
Et joh 6 Descedi de celo no ut fa
cere volutate mea s3 eius q misit
me pris Et bern ad senon xps
dedit vita ne pderz obiaz Tm obie
ex^m si no capit i vob frustra addu
cut exa obie abraha, i z h^rundgz a
lioz pm Sz et celi rre mari et aeris
colis z lune, agelor z peror, oisqz
cate q iuida solo hoie excepto, i fal
libilr sibi lege a deo pfixa obser
uat, et nichil aliud lege solutu legit
pter stacioe op9 Vt volt Aug et boeci⁹

met⁹ 4 p^mu et 6to et Ho q p obiaz
xpi ipatq ad xpm no ptinet ad sibi
p obedienciam cohdat Ipa eni e q dese
ruit illi oues obediet xpo z i obediet
dyabolo dicete xpo Joh 10 Oues mee
voce mea audiut Et joh 8 Qui ex
deo e vba dei audit Ideo vos no auditis
q ex deo no estis Audit q obedit ph
go q sn obia nec apud deu manere
n^r ad hut pualet puenire ¶ Necessa
ria deiqz e ad paciscu quietu Sine
hac eni qcordia suad no pt Vn n^r a
gelor n^r hoiez, n^r rgnor n^r puincia
n^r ciuitatu, s3 n^r vnius domus societas
sn obia qsuari pt Vt dt Aug i s6
ad fres de h^emo Obia qcordia qsuat
i agelis, pace nutrit i mortalib, tranquil
litate gruat i cuncb, sine hac n^r res
publica stare n^r familia pt regi, vo
n^r raptorib n^r latrones sn obia co
viue, n^r demonu rgnu sn obia pt
psiste Dicte dno Si sathanas diuis⁹
e, quo rgnu ei⁹ stabit et luc xj Nul
la aut diuisio vbi manz obia, Vn
i malo obia no e qmendabil sic
n^r pax pdicz, de q i scra Patz ergo
q vtilis z nca e obia, pp qd i ei⁹
laude exclamat Aug O scra dei
pposita obia, tu es scra scala p q ascen
ditur celu Tu qdriga q helyas vectus
e i padisu Tu porta padisi fide
libus z clausura cor Tu humilitate
nutris pacia pbas, masuetudinez
exaias Per hac sola qrp debemus
et deo z i pad obediu Et hic de p°
¶ 2° videdu e q bq tenem obedie
Et s3 eiuiu doctrina, hac tem
vbediē deo z i pad i superiori, no dif
ferent in deo ad sn excepcoe i oibus
dz obedie Sic eni nali necessitate
oia subdut diue motioni, ita ne
cessitate iustic oes volutas tenet
obedire diue iusticie ut dt thos q i loc
cit e Et btg gg i mor ij z Obit ho
co ipo quo ho sum intellige dz auc
tore, cui volutati tato mag suiat
quto se q de seipo nichil ee pe sat
Deiqz q oia ei⁹ mandata custodi
dz Jacob 2 dicit Quicuqz ait
toz lege suauit, offendit aut i vno
fcs e om rei, q tn de pfra i subo

Sine obia nec pt bificari n^r paciscere vnu

Quibz tenem obedire

obedientia deo contradicta nobis est quod dubitat
Videamus quia respondet superiori contradicit obe-
dientiam teneamur. ¶ Et quod superiori
homo obediendum est et naturalis ratio
dictat et precipit lex divina primo declarat
beatus Thomas 2a 2e q. 104 ar. 1 Sicut actiones
rerum naturalium procedunt ex potentiis
naturalibus, ita etiam operationes humane pro-
cedunt ex humana voluntate. Oportuit autem
ut in rebus naturalibus superiora moverent
inferiora ad suas actiones per excellen-
tiam naturalis virtutis collate divinitus. Un-
de oportet in rebus humanis quod superiores move-
ant inferiores per suam voluntatem ex vi
auctoritatis divinitus ordinate. Mo-
vere autem per rationem et voluntatem est precipere.
Et ideo sicut ex ipso ordine naturali divinitus in-
stituto inferiora in rebus naturalibus necesse
habent subici motioni superiorum, similiter
etiam est hic modus inferiorum congruus
ex relationibus superioribus ut scilicet eorum vis
inde gubernetur. Ita etiam in rebus humanis
ex ordine iuris naturalis et divini tenentur
inferiores suis superioribus obedire.
Et ar. 6 e. q. dicit Ordo iustitie requirit
ut inferiores suis superioribus obediant
aliter non posset humanarum rerum status con-
servari. Lex quoque divina idem precipit
Christus dixit ad discipulos suos mittens eos ad prelatos
eos constituens precipit eis Qui vos
audit me audit, qui vos spernit me
spernit Qui autem spernit me spernit
eum qui me misit Luce x. Et beatus Bernardus
in de dispensatione et precepto c. 13 Sive deus sive
sive homo vicarius dei mandatum quodcumque
tradiderit pari profecto obsequendum est cura
pari reverentia deferendum ubi tamen con-
tra deum non precipit homo. Et ratio huius Quicum-
que vice dei precipit homo, quod non compertum sit
displicere deo, haud secus omnino accipiendum
est quam si precipiat deus. Quid enim interest
utrum per se vel suos ministros, sive homines
sive angelos hominibus innotescat suum pla-
citum deus. Et hoc quo ad superiores spiritua-
les. Quantum vero ad superiores secula-
res dicit Apostolus Ro. 13 Omnis anima potesta-
tibus sublimioribus subdita sit. Non
est enim potestas nisi a deo. Que autem sunt a deo
ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati
dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt
ipsi sibi dampnationem acquirunt. Ecce
quanta Luce Apostolus ostendit etiam secularibus

potestatibus obediendum fore. Et Ambrosius
dicit ut subiecta lux deos, penam miseri-
cordie inobedientiam exprimit sententia
dampnationis. Ex quibus manifeste est ut dicit Thomas
2a 2e q. 104 ar. 1 quod inobedientia qua quis inobe-
diens est preceptis superiorum est peccatum mortale
quia divine legi contrarium est, et quod pro tanto
in quantum superiori proprio subtrahit obedientiam
quam ei debet. ¶ Sed nunc videndum
quam superioribus nostris tenemur obedientiam
et ... per legem divinam eis tenemur
obedire, non tamen est per omnia. Deo enim in
omnibus sine exceptione ut dominum obe-
dire oportet, cum nobis dicat pater noster ita fiat
etc. Sed non in omnibus est superiori
obtemperandum. Unde glossa 2 q. 7 admo-
nendi ait Admonendi sunt subditi ne
plus quam expedit sint subiecti. Ne cum
student plus quam necesse est hominibus subici
compellantur vicia eorum venerari. Et
est secundum beatum Thomam 2a 2e q. 104 ar. 5
duobus casibus inferior superioribus obedire
vel non debemus vel non tenemur. Sicut et
in naturalibus in duobus casibus mobile
a suo motore non movetur. Primo propter im-
pedimentum quod provenit a fortiori motore al-
terius moventis. Ita lignum non comburitur
ab igne si fortior vis aque impediat.
Secundo ex defectu ordinis mobilis ad mo-
torem, quia et si subiciatur eius actioni
quantum ad aliquid non tamen quantum ad omnia
sicut humor quandoque subicitur actioni ignis
quantum ad calefieri, sed non quantum ad exsiccari
sive consumi. Possit forte proposito pro-
pinquius exemplificari. Videmus enim
quod ignis a sua elementali qualitate non
movetur deorsum, dum tamen virtute reple-
tionis a natura cum superiori tenetur admo-
veri sursum, quo ad primum. Et quo ad
secundum operatur subicitur soli quantum ad
calefactionem, non autem quantum ad illuminationem.
¶ Ita subditus non tenetur superiori obe-
dire, primo non debet propter preceptum maioris
oppositum sibi precipientis. Sicut potest sine culpa
non obedire superiori in eo in quo sibi
non subicitur. Sicut monachus prelato non — *Vide de dispensatione et precepto*
tenetur obedire in hiis quod non continentur
professionem regularem. De primo dicit glossa
super illud Ro. 13 Qui autem resistunt ipsi sibi
dampnationem acquirunt, et est beatus Augustinus

Obediendum est superioribus — Spiritualibus / Secularibus

¶ In duobus casibus obedire non tenemur superioribus

De hoc Ambrosius narratur 11 q. 21 in innocens

xi q. 3 c. qui resistit

c. ynonibus

Nota de hoc bernardus in de dispensatione et precepto

in l. de nat. boni. Si autem iubeat prelatus quod
non debes facere. In hoc casu contempne potestatem
timendo potestatem maiorem. Ipsos humanarum
rerum gradus advertite. Si quid iubeat curator
numquid faciendum est si contra proconsul iubeat. Aut
rursum si consul quod iubeat, et proconsul iubeat
et aliud iubeat imperator. Numquid dubi-
tatur illo contempto illi esse serviendum.
Ergo si aliud imperator, aliud deus iubeat,
contempto illo obediendum est deo. Et addit
ibidem dicit vis et potestatem ergo hominis tunc consi-
stamus, cum aliquid contra deum suggesserit.
In quo dei ordinationi non resistimus sed
obtemperamus. Sic enim precipit ut in malis
nulli potestati obediamus hoc modo. Unde
generaliter in potestatibus ordinatis potestas inferior
non obligat in hiis que sunt contra superiorem.
Dicit Ieronimus di. 8 c. ... q. 1. Et addit etiam
hic regula iuris publici magis debere rogare
unumquemque subditi deum superiori quam inferiori
pro superiori contempto inferiori quam inferior
in illo domino consistit superiori. Et beatus Thomas
2a 2e q. 104 ar. 2 preceptum inferioris
pretermittitur si sit preceptum superioris contrarium.
Ex quo innuitur quod propter inferioris mandatum
superioris preceptum non legitime ... vitaturus a
peccato excusatur. ... vel potest. Nam potestas
superioris sit limitata magis
et minus. In hiis ad que potestas se non exten-
dit inferior non tenetur obedire. Ut si
matrimonium precipit aliquem ... vel
confessionem vel aliud actum spiritualem ad quem
aliquis non obligaretur. Unde si inferior
in hiis obedit dum non fuerit illicita
ad perfectionis cumulum et magnum obe-
ditum reputatur, ut dicit Thomas q. 104
ar. 4. Et beatus bernardus in de dispensatione et precepto.
1 Hic triplex distinguitur obedientia. Una suf-
ficiens ut ut bernardus loquitur nomina ... perfecta
qua obedimus in illis ad que obligamur.
2 Alia est perfecta que secundum bernardum legem nescit
terminis non artatur, largiori fertur volun-
tate in latitudinem caritatis, et ad omne quod ad-
iungitur spontaneo vigore liberalis a-
laritas ... modum non considerans in
infinitam libertatem extenditur. Hic est ... dicitur que
signatur apostolus petrus castigantes in terra corda
vestra in obedientia caritatis. Paulus apostolus. Cum hoc se-
consistat ... et simili quodammodo
obedientia ut ... obnoxia ne-
3 cessitatem ... Tertia est indiscreta
que est illicita obedientia. De qua Aug. ...
allegato. Obedientia sit honesta et omni discre-
tione decorata. Quia si iusta et honesta
non fuerit, illatam obedientiam dei, etiam si
angelus hoc nobis imperaret. Prima ad salutem
sufficit, secunda ad perfectionem ducit, tercia damp-
nationem affert. Nec ergo ut per Tobiam
debita que obedientiam indiscretam penitus il-
licitam damnationi, unde est nosse salvare
in genere potestatem ordinariorum, ut per hoc sciamus
quo ordine nobis teneamur superioribus o-
bedire. Ubi indubitanter fide sit pro
tenendum est dominus noster ihesus christus omnium
sue fidelissimus sponsus, sponse sue ecclesie
pro qua ut apostolus ait Ephes. 5 semetipsum
tradidit ut eam sanctificaret et exhiberet
sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam
neque rugam. Sufficienter in omnibus necessariis
providit, apostolos pastores rectores mini-
stros et custodes christi dispensatores
secundum diversos gradus ordinando ut tangit
apostolus 1 cor. xii. Et ad Ephe. 4. Et alibi
hic eligit ... apostolos et ... discipulos ut
habetur mat. 10 et luce 10. Quorum ... unum ...
beatum petrum constituit et prefecit pastorem
principem et prelatum apostolorum et universorum
christi fidelium, dans generalem potestatem regendi
ecclesiam, ac disponendi ministros, que
ad determinationes iurisdictiones ecclesie
aspiciunt, ut cum ... confessio et dispensationes
... in populo et ... ministros, si ... ...
et in desistire de omni populo cura gereret. Et
licet in aliis ... ... apostolos potestatem
in potestate confirmandi et administrationis sacrorum
ligandi et solvendi, tamen in eo quod deum est pe-
tre omnibus prefecit. Hoc fecit dominus Ioh. ult.
specialiter petro dixit, ter repetens, pasce
oves meas. Nullas excipiens, nec apostolos
qui et ipsi oves sunt, pasce inquit oves me-
as ut sis pastor et prelatus generalis omnium
ovium mearum id est christi fidelium. Ergo omnium re-
tractans dicit Ioh. 21 ascendit symon petrus
et traxit rethe in terram. In quo ... ...
... addit quod est quod petrus rethe ad terram
traxit ipsi ... ... ecclesia specialiter est commissa
... specialiter dicitur Symon Iohannis amas me
pasce oves meas, quod ... postmodum agit
... hoc ... signatur ... Item ...
etiam ex multis passibus evangelii habetur
... designatur petrus futurus pastor omnium de h'u di. xi.
sic mathei 16 Dico tibi quia tu es petrus et

Triplex est obedientia

Christus beatum petrum constituit in generalem pastorem ecclesie

super hanc petram edificabo ecclesiam meam
petram .i. fundamentum sive caput. non
tamen primarium quia ille christus est, sed secundarium sive
vicarium nominat petrus prout exponit A-
nacletus. Augustinus ~~[struck]~~ in sermone de
kathedra petri. Jheronimus super .c. mathei 16
venit ihesus in partes cesaree philippi. Maximus
in sermone de festo petri et pauli apostolorum qui incipit
Gloriosissimos. Leo in sermone de eodem qui
incipit Omnium quidem. Gregorius li. 2. epistolarum
Et alii. Item Johannis primo ait petro Tu vo-
caberis cephas .i. caput ut exponit ana-
cletus di. 22 Sacrosancta. Item luce 22 Ego
pro te rogavi petre ut non deficiat fides
tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.
Cunctis vices apostolorum et aliorum fidelium pri-
ma pastoralis et confirmacio beato petro commis-
sa fuit, ut etiam tenuit glo. d. confirma fratres
tuos, ante te pronuntiate apostolorum constitute. Et
ita propter primatum obtinuit petrus ut esset
antistes mundi. Hec dicuntur veritas ita
a temporibus apostolorum beatorum usque ad nostra tempora
in concussa fide tenta est, sicut ex scriptis beatorum
Anacleti et Clementis, qui fuerunt discipuli
apostolorum et a beato petro in domino sapienter
instructi sancti martires et vere summi pon-
tifices. Dionisii. Item beati marcelli pape
et martiris qui tempore quinti fuit tempore apostolorum
Item beati Cipriani martiris sub eodem tempore
... Item Eusebii cesariensis. Beatorum
Jheronimi Ambrosii Augustini Crisostomi Gregorii
maximi Leonis beati et aliorum innumera-
bilium que scripta in decretis colliguntur.
Nichil autem plus valet ad fidem confirman-
dam ut vult Augustinus in libro contra manicheos quam
auctoritas catholice ecclesie que a beatissimis fundatissimis
sedibus apostolorum usque ad nostra tempora
succedentium sibimet episcoporum serie, et tot
populorum consensione confirmatur. ¶ Cum ergo
petrus sedem suam in romana urbe constituit,
hinc romana ecclesia caput est mater et magistra
omnium ecclesiarum, eo quod episcopus romane ecclesie pe-
trus vel successor eius est universalis pastor et
caput omnium ecclesiarum. Non ergo ab urbe petrus
sed a petro urbs tenet principatum. Fuit
enim petrus summus pontifex prius quam romanus
pontifex. Fuit petrus summus pontifex ante-
quam romanam sedem aliquam sibi specialem
eligeret. Deinde elegit Anthiochiam, ubi se-
dit annis septem. Sed apparente sibi et
iubente domino, sedem suam romam transtulit
factus romanus pontifex, ubi etiam glorioso
martirii triumpho vitam finivit. Suc-

cessores quos sibi constituit Linum, Anacletum
Clementem. De hiis lacius habetur 2 q. 1 In
tantum et 24 q. 1 Rogamus. Hec quod domino
iubente factum est, pro isto sufficiat ca. Sacro-
sancta 22 di. quod est beati anacleti discipuli apostolorum
ita dicentis Sacrosancta romana ecclesia, non
ab apostolis sed ab ipso domino salvatore nostro
primatum obtinuit, sicut beato petro apostolo
dixit Tu es petrus et super hanc etc. Ad-
hibita est societas in eadem romana urbe
beatissimi pauli apostoli, vasis electionis, qui
una die, uno quoque tempore cum petro gloriosa
morte coronatus est, et ambo sanctam romanam
ecclesiam consecraverunt, atque aliis omnibus
urbibus in universo mundo sua presencia
atque venerando triumpho prelaverunt, et se-
cunda ergo sedes est celesti beneficio romana
ecclesia, quam ut memoratum est, beatissimi
petrus et paulus suo martirio consecraverunt.
Secunda autem sedes apud alexandriam beati petri
nomine a marco eius discipulo atque evangelista con-
secrata est. Tercia vero sedes apud anthiochiam
eiusdem beati petri apostoli habetur honorabilis
quia illic priusquam romam veniret habitavit et
ignacium episcopum illic constituit, et primum no-
men christianorum exortum est. Et post pauca Inter
beatos apostolos quedam fuit discrecio. Et
post licet omnes essent apostoli, petro tamen conces-
sum est a domino et ipsi inter se id ipsum voluerunt
ut reliquis omnibus preesset apostolis, et cephas
.i. caput et principium teneret apostolatus.
Qui eandem formam suis successoribus et re-
liquis episcopis tenendam tradiderunt. Et post
pauca Hec vero apostolica sedes caput et cardo
ut premissum est, a domino et non ab alio
constituta est. Et sicut cardine ostium regitur
sic huius apostolice sedis auctoritate omnes ec-
clesie domino disponente reguntur. Item ad
idem leo papa 19 di. Ita dominus et d. c. ita dominus
sui misterii quod in beatissimo petro sedem apostolorum
omnium collocavit ut ab ipso quasi a quodam ca-
pite dona sua velut in corpus omne diffunderet
ut exsortem se misterii intelligeret esse divini
qui ausus fuisset a petri soliditate recedere
etc. Item Clemens papa di. 80 In illis dicit
Nec inter ipsos apostolos par fuit institucio
sed unus prefuit omnibus. Item Augustinus de q. novi
et veteris testamenti. Sicut in salvatore erant omnes cause
magisterii, ita in petro post christum omnes continentur.
apostoli. Ipsum enim constituit caput eorum ut
pastor esset gregis dominici. Item Jheronimus 24 q. 1
Cum vetus. Item 19 di. Sic omnes. Sic omnes
apostolice sedis sanctiones accipiende sunt
tamquam ipsius divina voce petri firmate. Et
canonis Agathonis pape primi.

Item beatus dyonisius de divinis nominibus c. 3 in de divinis nominibus nominans beatum petrum. Nos quidem thimothee et multi sanctorum fratrum nostrorum
in visione corporis vitam inchoantis et deum suscipientis convenimus. Aderat autem et dei frater Jacobus et petrus
vertex et honorabilissima theologorum summitas.

Tantum denique vendicat sibi Romana ecclesia et fidei, ut quasi aliter sentire hereticum reputaretur. Sic Nicolaus papa mediolanensibus scribit, ut habetur di. xxii c. Omnes, sive patriarche cuiuslibet apicem sive metropoleon primatus aut episcopatuum cathedras vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ipse fundavit et super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro eterne vite clavigero terreni simul et celestis imperii iura commisit. Non ergo quelibet terrena sententia, sed illud verbum quo constructum est celum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit ecclesiam. Illius certe privilegio fungitur, eius auctoritate fulcitur. Unde non dubium est quod quisquis cuiuslibet ecclesie ius suum detrahit iniusticiam facit, qui autem Romane ecclesie privilegium ab ipso omnium summo ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in heresim labitur. Et cum ille vocetur iniustus, hic est dicendus hereticus. Fidem quippe violat qui adversus illam agit que est mater fidei, et illi contumax invenitur quam cunctis ecclesiis pretulisse cognoscitur.

Ad (¶) Quod autem potestatem regendi ecclesiam quam habuit beatus Petrus, habet successor eius pontifex Romanus, unde Anacleti super allegato Sacrosancta ubi dicit: Ceteri vero apostoli cum eodem pari consortio honoris et potestatis eandem formam in suis successoribus et ceteris episcopis tenendam tradiderunt. Nec esset successor Petri, nisi eadem qua Petrus potestate preesset ecclesie clave et pulsare. Beatus Bernardus ad Eugenium papam scribens tradit dicens: Quis es tu? scilicet Eugenius. Sacerdos magnus, pontifex summus. Tu princeps episcoporum, tu heres apostolorum. Tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Tu es cui claves tradite sunt, cui oves credite. Sunt quidem et alii celi ianitores et gregum pastores, sed tu tanto gloriosius quanto et differentius utrumque pre ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos; tibi universi crediti, uni unus. Nec modo ovium sed et pastorum tu unus omnium pastor. Unde id probem queris? Ex verbo domini. Cui enim, non dico episcoporum, sed etiam apostolorum sic absolute et indiscrete tote commisse sunt oves? Si me amas Petre pasce oves meas. Quas? Illius vel illius populos civitatis aut regionis aut certi regni? Oves meas inquit.

li. 2º de consideratione

Cui non planum non designasse aliquas sed assignasse omnes? Nihil excipitur ubi distinguitur nihil. Et forte presentes ceteri condiscipuli erant, cum committens uni, unitatem omnibus commendaret in uno grege et uno pastore secundum illud: Una est columba mea, formosa mea, perfecta mea. Ubi unitas ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent sed divisionem, recedentes ab unitate. Inde est quod alii singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentum. Denique Iacobus qui videbatur columpna ecclesie, una est contentus Iherosolima, Petro universitatem cedens. Pulchre vero ibi positus est suscitare semen defuncti fratris, ubi occisus est ille. Nam dictus est frater domini. Porro cedente domini fratre, quis se alius ingerat Petri prerogative? Ergo iuxta canones tuos alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus, tua extenditur et in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit tu episcopo celum claudere, tu ipsum ab episcopatu deponere etiam et tradere sathane potes? Stat ergo inconcussum privilegium tuum tibi tam in datis clavibus quam in commendatis ovibus. Adducat ad eundem quasi figuras quas adhuc. Ex hiis patet nimirum quod apud Romanam ecclesiam atque pontificem sedentem ex ordinatione Christi residet summa potestas, quam pre ceteris habet fidelibus in terra secundum status vel conditionis suum. Ex quo fidelis dico per plenam ecclesiam vel generale consilium auctoritatem a papa et eius nichil habet dico, a quo fluit quicquid potestatis est sive ordinis sive iurisdictionis, maxime spiritualis vel dispensandi ministros ecclesie in ceteris.

(¶) Quod autem potestatem hanc habet Romanus pontifex non a se sed a Christo, non est semper illimitata sed limitata secundum mensuram donationis Christi, secundum quod dicit apostolus ephesios 4, quando ibi exprimit in quibus et posuit quosdam apostolos, alios evangelistas, alios pastores etc., ut non dicuntur in clero omnia pro libito facientes. Sed potestatem dedit ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi quod est ecclesia. Et 2 cor. ult.: potestatem quam dedit deus in edificationem, non in destructionem. Et iterum: Sic nos existimet homo ut ministros Christi etc., 1 cor. 4. Deinde habetur parabola luce 12 de servo super familiam constituto, qui mora faciente domino p-

emit pueros et ancillas etc. Non ergo licet potestate
sua praecipere contra legem divinam vel naturalem, quia
et ipsa divina, quia a deo inest, impressa ut
exponit Augustinus super allegata. Et nota in operibus
supererogationis et consiliorum, quae non possunt sine
necessitate ac utilitate imponi servientibus
fidelium, eo quod lex evangelica est lex libertatis
non mutanda in legem servitutis. Unde Augustinus
ad inquisitiones Ianuarii et habetur di. 12 omnia
Reprehendit qui observationibus christianae reli-
gionis multis oneribus premunt. Cum enim
enim ait nec hoc invenire possum quomodo contra fidem
sint, quae in quibusdam ecclesiis observantur
ipsam tamen religionem quam paucissimis et
manifestissimis celebrationum sacramentorum
misericordia dei voluit esse liberam servilibus
oneribus premunt, ut tollerabilior sit
conditio Iudaeorum, qui et si tempus liberta-
tis non cognoverunt legalibus tamen sacra-
mentis non praesumptionibus humanis subii-
ciuntur. Ambrosius quoque et habetur in canone 32 q. 1
Integritas, dicit de virginitate quod sua-
deri potest imperari non potest quia res magis
est voti quam praecepti. Ex primo sequitur quod summi
pontificis praecepta et statuta quae legi divine
naturali vel librari legi evangelicae non ob-
viant plus quam aliorum mortalium in obedien-
da sunt, patet manifeste maiori potentia magis
in obediendo. Et de hoc habetur in canone
24 q. 1 generali. Adrianus papa ait Gene-
rali decreto constituimus ut execrandum
anathema sit, et velut praevaricator fidei
catholicae semper apud deum reus existat
quicumque regum seu episcoporum et potentum deinceps
romanorum pontificum decretorum censuram
in quocumque crediderit vel permiserit violari.
Item beatus Gregorius 12 di. praeceptis ait Praeceptis
apostolicis non dura superbia resistatur
sed per obedientiam quae a sancta romana et apostolica aucte
iussa sunt salutifere impleantur si eiusdem
sanctae dei ecclesiae quae est caput vestrum communionem
habere desideratis. Non novum aliquid praesenti
iussione praecipimus, sed illa quae olim videntur
indulta firmamus, cum nulli dubium sit
quod non solum pontificalis accusatio sed
omnis sanctae religionis relatio ad sedem apostolicam
quasi ad caput ecclesiarum debet referri et inde
normam sumere unde sumpsit exordium ne
caput institutionis videatur omitti. Cuius
auctoritatis sanctiones omnes teneant sacer-
dotes qui nolunt ab apostolicae petrae super
quam christus fundavit ecclesiam soli-

ditate divelli. Item 2 sequitur quod
sit correctio humiliter et sustinenda
ita dicit Inde Gregorius ad Iohannem episcopum Ravennatem
100 di. Non multo. Contra morem institutionis ec-
clesiasticae est si non patientissime tolleratur
quod a nobis absit, est iusta correctio.
Concordat c. in memoriam 19 di. ex gestis
karoli imperatoris ubi dicitur licet vix fe-
rendum ab illa sancta sede imponatur iugum tamen
feramus et pia devotione toleremus.
eiusdem mirum si hoc in novo testamento constituta
sunt ubi perfectior esse debet obedientia, cum sit in
veteri testamento legimus. Deuteronomii 17 ubi
dicitur Qui autem superbierit nolens obedire sacer-
dotis imperio, qui eo tempore ministrat domino deo
tuo, ex decreto iudicis morietur homo i-
ste quia permittitur bonum ad propositum. De-
nique tanta est obedientia quam tenemur summo
pontifici ut quod illa ut iuramentum vel
votum praevaleat. Neque enim est in iuramento
quod in casu non teneatur iurans ad man-
datum papae solvere, sic de voto. Unde de
artissimis monasteriis possunt monachi ext-
rahi et pro utilitate ecclesiae pastoribus gre-
gibus praefici. Hic modo est 2o ubi ultimus
mandato quam apostolicis praeceptis debemus
obedire sed ut Augustinus ait contempto inferioris
praecepto superiori obtemperandum est.
Sciunt etiam inobedientes et a papa ex-
communicati vitandi sint omni genere ex doctrina
beati petri, quia dicit obedientia et c. Si inimicus
ita dicens. Summo pontifici ea debetur obedientia ut
nulli ei liceat iudicare nec pro actibus suis
ipse inimicus existit ac in ecclesia esse potest
quod eius cathedram dividit. Unde beatus petrus prin-
ceps apostolorum in ordinatione clementis allo-
quens populum in qua ratione ait Si inimicus est iste
clemens alicui pro actibus suis et vos nol-
te expectare ut ipse vobis dicat cum illo
nolite amici esse sed prudentes observare debetis
et voluntati eius sine commonitione obsecundare
et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis
adversum. Et nota loquitur hiis quibus ipse non loquitur
ut unusquisque qui in culpa est dum cupit omnibus
vobis amicitiam habere, festinet citius recon-
ciliari ei qui omnibus praeest, et per hoc redeat ad
salutem cum obedire ceperit monitis praesidentis.
Si quis vero amicus fuerit hiis quibus non loquitur
unus est ipse ex illis qui exterminare ecclesiam dei
volunt, et cum corpore videatur esse vobiscum
mente tamen et animo contra vos est, et multo nequior
hostis hic quam illi qui foris sunt et evidenter
inimicantur, hic enim per amicitiae speciem
quae inimica sunt gerit et ecclesiam dispergit et vastat

In summa ... tit. praestando papae extra de iure
iurando veniens § 1
de electione et significasti

De statu monachorum
c. ad monasterium

Ideoque huius apostolice institutionis vos mo-
nemus instituimus ut effecta sollicitior
mitas vestra certiora gerere satagat, et
taurus ne ... et infideles homines le-
dendi fideles et benivolos habeat
facultatem. Ad idem facit c. si ea dixit ju-
bet. Cyprianus. Cum cathedram petri
super quam fundata est ecclesia deserit, se esse
in ecclesia non confidat. c. di. Cum kathedram.
Et 93 di. c. Si quis sit ... pa-
ganitatis incurrit quisquis dum christianum
se asserit sedi apostolice obedire contemp-
nit. ¶ Sed forte dices multa papi-
unt neque in singulis scio valeo an le-
gi divine, an naturali conformia sint an non,
maxime cum facile homo et fallere et falli
possit. Numquid in dubiis subtrahere pos-
sum obedientiam, donec informer quod manda-
tum ipse non sit contrarium legi dei scripture
divine aut iuri naturali etc. Ad hoc dico quod
in dubiis ubi certa sunt quod quis scire tenetur
obediendum est mandato pape sicut cuilibet su-
periori. Et expresse beatus bernardus de dispen-
satione et precepto c. 12 ita dicit. Quidquid pro deo homo
tamquam deus in hiis que non sunt aperte contra
deum iniungit ... Et plura omnia eadem
prolonga ... beatus augustinus contra manicheos, et
habetur 23 q. 1 c. Quid culpatur. Vir iustus
si forte sub rege homine sacrilego militet
recte potest illo iubente bellare cuius pacis
ordinem servans si quod iubetur aut non esse contra
dei preceptum certum est, aut utrum sit certum non
est. Ita ut fortasse reum faciat regem in-
iquitas imperandi, innocentem autem militem os-
tendat ordo serviendi. Ecce si regi sacri-
lego in dubiis miles obedire tenetur,
quanto magis in dubiis ipse est obediendum,
maxime quia scriptum est Labia sacerdotis custo-
diunt scientiam, et legem requirent ex ore eius quia
angelus domini exercituum est. Malachie 2.
Dicit bernardus. Recipiunt dispensationem lege non
qua vel antecessor vel scriptura tradi-
derit vel ratio manifesta probaverit. De humo-
ri ... preceptor expectandus est, aut prohi-
bitor auscultandus. Sed quid ita late
aut obscure est diffinitum, ut in dubium ve-
nire possit utrum deus sic vel aliter velit.
Ad quod divina consilia potius requiretur quam ab
eo cui credita est dispensatio ministeriorum
dei. ¶ Dico quod superiorum mandata magis
ipse presumendum facile est. Aliter quid est
de illius sedis iudicio velle iudicare p-

mittitur sicut habetur 9 q. 3 per ubi dicit Ni-
colaus papa. Patet ergo sedis apostolice cuius auctoritate
maius non est iudicium a nemine fore re-
tractandum, neque cuiquam de eius liceat
iudicare iudicio. ¶ Quaero numquid cuilibet
superiori in hiis in quibus superior est obe-
dire tenetur, quod maior potestas aliud preci-
piat ut superius dictum est. Unde tamen opus quod pas-
toribus quam prelatis quam iudicibus secularibus
magistris civium ... subiectus obedire
tenetur. Cuius mandatum licitum quod tenet
[illegible] mortale peccatum incurrit, ut patet per
sanctum thomam ex superius allegatis. Hic facit
reddite deo quod dei est, et cesari quod domino
est cesaris. Et tantum de 2o principali.
¶ Tertio principaliter videndum quid peccatum sit contra
virtutes inobedientie. Et dicunt ... et forte
peccatum constat esse inobedientiam. Neque enim actus
aliquis vel omissio habet rationem peccati nisi quia sit
contra voluntatem legis vel precepti
dei. Ideoque per inobedientiam tamquam suum
formale peccatum diffinitur. Aut enim dicit ambro-
sius de paradiso, peccatum est prevaricatio
legis divine et celestium inobedientia mandatorum.
Et augustinus libro de duabus animabus. Peccatum inquit
est voluntas consequendi et retinendi quod
iustitia vetat. Thomas 2a 2e ... li. 2
di. 34 Peccatum est velle vetitum. Et libro
22 contra faustum diffinit peccatum sic. Est
dictum factum vel concupitum contra legem dei. Ideo-
que actus contra precepta peccatum non esset si fuit
conformis divine voluntati ut patet de ...
et de voluntate abraham qui voluit occi-
dere filium innocentem et spoliare egiptios
etc. Et ideo quanto inobedientia est maior eo
peccatum gravius. Est autem inobedientia
... contra preceptum dei aliquando ad finem magis
... tale ... magis volens observari
quod hic inobedientia contra preceptum de diligen-
do deum colendo vel honorando, maior
est quam inobedientia contra preceptum de diligendo proximum.
Et quia principes et digniores sunt superiores
... maior est inobedientia contra legem divinam
... quam contra humana. Et contra precep-
tum ipse maior quam contra preceptum episcopi vel
pastoris superioribus eius ut ex superius
dictis patet magis tenemur obedire quanto

superiores tanto inmediacius a christo prelatis
precipiendi receperunt. Est denique inobediencia
quamvis quanto sit ad maiorem voluntatis
libidinem vel obstinationis. De quibus
omnibus latius tractatur 3a 2e summe et
beatus thomas in 2a q. 104 ar. 2. ¶ Ex quo
satis patet quod contumacie est ac deo displi-
centes, voluntates eius displicet quam unquam deo pla-
cet. Nota quod samuel propheta inobedienciam
maximis peccatis quibusdam comparat
dicens: Quia peccatum ariolandi est repug-
nare, et quasi scelus ydolatrie est nolle
acquiescere. Et vere peccatum ydolatrie committit
inobediencia. Nam inobediens deo suam
voluntatem voluntati divine preponit, ma-
gis sic quod divinam fore deum velle cogi-
tat. Sed de hac inobediencia beatus bernardus
loquitur, ostendens quod pessimum malum sit
ac deo repugnans manifestat sub
nomine proprie voluntatis. Siquidem nichil
aliud est voluntas propria quam voluntas inobe-
diens superiori non subiecta, nichil habens
commune cum voluntate precipientis. Cum enim
sua voluntate alterius per obedienciam subditur,
non propria sed cum eo cui obedit communis est
voluntate. Dicit ergo sic sermone 3 de pascha:
Voluntas propria quanto furore divinam ma-
iestatem impugnet, audiat et timeat
servi proprie voluntatis. Primo namque se subtra-
hit semetipsam et subducit eius dominatui
cui tanquam auctori servire debuerat,
dum efficitur sua. Sed numquid contenta erit
hac iniuria? Addit adhuc et quantum
in se est omnia que dei sunt tollit et diri-
pit. Quem enim modum sibi ponit humana
cupiditas? Nonne qui per usuram acqui-
rit pecuniam modicam, similiter mundum co-
naretur lucrari universum si non deesset
possibilitas, si suppeteret voluntati fa-
cultas. Dico fiducialiter, neminem qui
sit in propria voluntate posse universis
mundis sufficere. Sed utinam vel [illegible]
esset contenta, ne ipsum horribile dictu
deseviret auctorem. Nunc autem
ipsum quantum in ipsa est deum perimit
voluntas propria. Omnino enim vellet deum
peccata sua aut vindicare non posse, aut
nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non

esse deum, qui quantum in ipsa est vult eum
aut impotentem aut iniustum aut insipientem.
Crudelis plane et omnino execranda
malicia, que dei potenciam, iusticiam,
sapienciam perire desiderat. Hec est cru-
delis bestia, fera pessima, rapa-
cissima lupa, leena sevissima. Hec bernardus.
¶ Possunt tamen breviter deduci contra in-
obedientes deo suam voluntatem divine
preferentes. Quia eo facit velle et non volunta-te
dei. Vult ergo voluntatem dei non
esse omnipotentem et ita deum non esse deum.
¶ Et quia totum vero peccatum est inobediencia, ideo
a deo nichil aliud punitur in nobis
nisi inobediencia, neduum in presenti sed eciam in futuro.
Sic beatus bernardus ut supra testatur. Quid enim
odit aut punit deus preter volun-
tatem propriam? Cesset voluntas propria
et infernus non erit. In quem enim ignis
ille deseviet nisi in propriam voluntatem.
Et augustinus super ps. Sola obediencia tenet
palmam, sola inobediencia invenit penam.
Et licet omnis pena inflicta aut infligen-
da pena sit proprie inobediencie, quia tamen exem-
plaria magis movent, et ut magis
detestemur inobedienciam adducamus
saltem in paucis quomodo inobedienciam pu-
nivit dominus illa perfecto considera-
tes quod nulla alia malicie exac-
tio in ipso loco apparencia. Sic enim magis
apparebit peccati huius gravitas. Nam
secundum mensuram delicti erit plagarum
modus. Deut. 25. Ita econtrario ex
plage mensura peccati gravitas designa-
tur. ¶ Lucifer ergo primus angelus
inobediens, qui deo subesse noluit,
de celo eiectus fuit. Adam quoque
protoplastum vero, adam scilicet et uxorem
eius evam. Receperunt preceptum de ab-
stinendo ab esu ligni sciencie boni et
mali, quod secundum se non erat illicitum magis
quam cuiuslibet alterius ligni, sed tamen secundum
dominum prohibitum fuit a re que secundum se non
erat mala, ut perfecte demonstraret do-
minus quod bona est obediencia et mala inobediencia.
Transgressi sunt mandatum, et circa puniti
sunt, nedum ipsi sed omnis eius posteritas
duplici morte, eterna et temporali. Videtur
[illegible] non potuissent, nisi

per obedientiam summam filii dei. Unde apostolus ait: Per unum hominem in hunc mundum pec-
Ro. 5 catum intravit, et per peccatum mors etc. Item Unde per inobedientiam unius hominis peccatores multi constituti sunt, ita et per unius obedientiam iusti constituentur multi. Talis vero mors a nemine tollitur, sed nec labor, infirmitas et universi defectus, ut nemo lateat quantum puniet deus inobedientiam in futuro in propria persona inobedientis, et tamen inobedientia et tamen inobedientia punit temporaliter in persona aliena. Item quia non obedivit Pharao voci domini sibi per Moysen nunciati ut dimitteret populum Israel, et post decem plagas gravissimas absorptus est in mari rubro cum curribus et omni exercitu Egypti. Exo. 8 usque ad 15. Item quantas etiam maledictiones imprecatus est Moyses transgressoribus et inobedientibus legi dei patet manifeste Deut. 28. Item Saul qui quamvis primus iudicio dei regnum populi Israel emeruit timidus multitudine gentium obsi-
30000 curruum 6000 equitum et reliquum vulgus dentium, contra eos bellum inire non placato sacrificiis deo timuit. Expectavit prophetam adventum diebus septem interim pugnatoribus ab eo dilapsis et populo, presertim cum ut in eum irrueret Philistinorum exercitus congregatus necessitate victus Samuelis supplens holocaustum deo obtulit. Hoc quid contra Samuelis preceptum egit quo precepit ut adventum suum in Galgala expectaret auditurus ab eo quid faceret et tunc post regnum postponens obedientiam victimas ex una parte cum offensione inivit ex qua expectata sibi divinam speraverat maiestate. Item quia sua inobedientiam primo amisit regnum a sua domo deus abstulit. Veniens namque Samuel post sacrificium ait Sauli: Stulte egisti nec custodisti mandata domini dei tui que precepit tibi. Quod si non egisses, iam nunc preparasset deus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quesivit sibi deus virum iuxta cor suum, et precepit ei deus ut esset dux super populum suum eo quod non servaveris que precepit tibi deus. 1 Reg. 13. Item missus a deo ad exterminandum Amalech, ad omnium universi sexus populo perempto, mandans sicut deus per prophetam preceperat, regem Amalech in terra Agag servato, pinguia quoque bovum et ovium ut immolaret domino deo suo contra preceptum Moysi. Num. 31. Scriptum populo in Galgala quod mandatum domini omnia demandata adimplesset, increpatus est a Samuele, ablato spiritu domini vexatus est a spiritu malo, audivitque a Samuele domini iudicium dicente: Numquid vult deus holocausta et victimas et non potius ut obediatur voci domini? Melior est enim obedientia quam victime, et auscultare magis quam offerre adipem arietum. Et sequitur: Pro eo quod abiecisti sermonem domini, abiecit te deus ne sis rex super Israel. Et iterum: Scidit deus regnum Israel a te hodie, et tradidit illud proximo tuo meliori te. 1 Reg. 15. Item Saul non superbia, avaritia aut alio quolibet vitio sed errore seductus, putans deum sacrificiis placari, quod est de dei honore licet stulte, deo per inobedientiam domini preceptum transgressus regnum temporale et quod maius est spiritum domini sanctum perdidit et malo spiritu traditus est vexandus. Item Achab quoque rex Israel post sublimissimam victoriam triumphum quem ei fuit dei favor concessum, indiscreta quadam seductus misericordia deum maluit supplicantem regem Syrie Benadab servare, quem sibi deus preceptum plectere irremeabili morte dampnari, dicente sibi propheta: Hec dicit deus: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, et populus tuus pro populo eius. 3 Reg. 20. Item Iosias rex Iuda cuius laus est in scriptura post patrem suum David super cunctos reges Israel et Iuda. 4 Reg. 23. Nechao regem Egypti ascendentem contra regem Assyriorum in manu valida loquentem in sermone domini non audivit, sed congressus cum eo contra verbum domini, per gentilem licet placato simul inobediens in bello vulneratus sagitta interiit. Quamvis amicus dei et zelator precipuus legis fuit. 2 Paralipomenon 35.

De hoc Iosia dicitur 4 Reg. 23: Similis illi non fuit rex ante eum qui reverteretur ad dominum in omni corde suo et in tota anima sua et in universa virtute sua iuxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi.

Fugeat vir dei propheta missus a deo
in bethel accepto mandato ne in via comede-
ret panem nec biberet aquam donec rediret
Vocatus a rege israel ut cibum acciperet et munera
acciperet utrumque sprevit addens Si dederis
michi dimidiam partem domus tue non comedam
neque bibam Sic enim mandatum est michi in
sermone domini Sedebat enim propheta alius re-
dientem affirmans fraudulenter quod sibi man-
datum foret ab angelo ut adduceret eum et
cum cibaret Credidit vir dei deceptus
rediit comedit bibit Et cum abire dispo-
suit quia ad dominum inobediens fuit non utique
malicia sed mendacio seductus deceptus
a leone percussus mortuus est in via 3 Reg 13
Alius de filiis prophetarum ad socium suum in sermone
domini ait Percute me Cum abhorreret
vulnerare socium ut prophetam ait quia no-
luisti audire vocem domini ecce recedes a
me et percutiet te leo quod et factum est 3 Reg 20
¶ Iudas machabeus ituros ad liberandum
fratres suos in galaadithidem custodiam iudee
commisit iosepho et azarie precipiens eis
ne bellum committerent adversus gentes donec
rediret Illi vero non audientes iudam et
fratres eius bellum commiserunt adversus gor-
giam percussi sunt ex eis 2000 virorum re-
liqui in fugam conversi 1 machabeorum 5
¶ Longum esset omnia recitare ut pauca omnia
concludantur omnia ipsa mala que populo israel
dominus inmisit ipso etiam auditu horribi-
lia scriptura finaliter adducit ad inobedi-
enciam tamquam causam demeritoriam ut patet
4 Reg 18 Et Paralipomenon ubi post
commemoracionem abhominabilium peccatorum sic dicitur
Mittebat autem dominus deus patrum suorum ad
illos per manus nunciorum de nocte consur-
gens et cotidie commonens eo quod parceret
populo et habitaculo suo At illi subsanna-
verunt nuncios dei et parvipendebant ac
illudebant sermones eius Illudebantque
prophetis donec ascenderet furor domini in populum
eius Adduxit enim super eum regem caldeorum
et interfecit iuvenes eorum gladio in domo
sanctuarii non est misertus adolescentum
et virginum et senum nec decrepiti quidem
sed omnes tradidit manibus eius etc Et
et Daniel c 9 testatur Non obedivimus
inquit servis tuis prophetis qui locuti sunt
in nomine tuo regibus nostris principibus
nostris patribus nostris omnique populo terre etc
Et sequitur Et stillavit super nos maledic-
tio et detestacio que scripta est in libro
moysi servi dei malum magnum quale
numquam fuit sub omni celo etc quod sequitur
Et Ihe. 9 Quare perierit terra adusta
sit quasi desertum eo quod non sit qui pertranseat
Et dixit dominus quia dereliquerunt legem meam
quam dedi eis et non audierunt vocem
meam ¶ In quibus omnibus cum timore nobis
considerandum est Si deus tam in se non
mala immo de se ut plurimum comme-
dabilia quod contra domini preceptum perpetrabantur
quam in humano iudicio in multis propter
innocentiam pietatem excusaremus tam se-
verius punivit quid fiet de hiis qui
contra divina mandata agunt ea que et
secundum se mala sunt et naturaliter contraria
puta adulteria homicidia blasphe-
mias rapinas etc Eiusdem causis et
